

[r] P. S. Non scrivendosi da persone più gravi l'elettione del Gran Generale, come veggo da altre lettere, non la reputo vera.^{a)}

^{a-a)} *Autographum.*

N. 1300.

Opitius Pallavicini
Ioanni Francisco Pallavicini, fratri Opitii

Varsaviae, 20 V 1682.

De legato, cuius solutio semper a Nicolao Maria Pallavicini duce difertur, queritur et de consiliis suis, quomodo celeriter et facillime res familiaris componi possit, disserit.

Or.: Archivio Pallavicini-Durazzo, Genova filza 33 n. 101. Pagina prima, angolo sinistro inferiori: "S[ignor] G[iovanni] Fr[ancesco]".

A 20 Maggio alla de' 25 Aprile.

Il Sig. Stefano⁸²¹ con tante sue difficoltà e stitichezze ha corrotto quel di buono che vi era nel pagarmi senza attendere la sentenza. Tuttavia io voglio rimanerne debitore al Sig. Cardinal Rospigliosi⁸²², sapendo bene che queste cose son contro la sua volontà e che non può far altro che haverne displicenza, non potendo prudentemente offendere anzi né meno disgustare quello, dal quale attende tanto bene per la Casa sua.

[v] Quanto all'impiego del ritratto de' vacabili, per hora si potrà por ne' luoghi del Monte nuovo, quando io sarò poi a Roma penso investirli, come dicevo, ne' luoghi pii e comunità. La cosa [...] ^{a)} qualche industria, né habbiamo chi sii per porverla, onde risolvo così, se Mons. Thesoriere⁸²³ non facessi lui il favore.

Vi racomando l'invigilar e provvedere col Sig. Giuseppe⁸²⁴ a i miei interessi delle bettole.

Io sto attendendo con gran desiderio che sii [...] ^{a)} l'heredità e fatta la divisione. Vedendo che questa volevasi concomitante, ho detto al Padre P[ier]

⁸²¹ Stephanus Pallavicini, cfr notam 653, p. 232.

⁸²² Iacobus Rospigliosi cardinalis, cfr notam 654, p. 233.

⁸²³ Ioannes Franciscus Negroni.

⁸²⁴ Opitii ac Ioannis Francisci Pallavicini frater, Iosephus.

Antonio⁸²⁵ [r] che la sbrighi senza più scrivermi. So che vorrete l'equo e che apprendete bene che cosa sii il darsi ad un fratello prete che, come sperimentate, non è im[m]eritevole che si vada seco con facilità, usandola lui per sua parte quando sa. E [bacio le mani ?]^{a)}.

Al Sig. Gioseppe ho scritto, pregandolo a voler facilitar la cosa anco per parte sua, onde habbi presto fine.

^{a)} *Illegibile.*

N. 1301.

Opitius Pallavicini
Stanislao Roszynski, dioecesis Posnaniensis et Remigiano Suszycki,
dioecesis Cracoviensis

Varsaviae, 20 V 1682.

Stanislao Roszynski ad presbyteratum, Remigiano autem Suszycki⁸²⁶ ad diaconatum et presbyteratum concedit dispensationem, ob necessitates ecclesiae Cieciszewiensis⁸²⁷, dioecesis Posnaniensis, ac Niegardovicensis⁸²⁸, dioecesis Cracoviensis.

Summarium in cancellaria confectum: AV, Arch.Nunz.Varsavia 177 f. 101r.

N. 1302.

Opitius Pallavicini
Matthaeo Casimiro Orłowski, archidiacono Curelovensi

Varsaviae, 21 V 1682.

⁸²⁵ Petrus Antonius Pallavicini SJ, Opitii ipsius frater.

⁸²⁶ Remigius Suszycki († 1705) doctor utriusque iuris, canonicus cathedralis Cracoviensis (ab a. 1693), archidiaconus dein Cracoviensis, scholasticus Lanciensiensis, custos Kielcensis, parochus Niegardovicensis, Alexandri Constantinique, regis filiorum, magister; cfr Łętowski IV, p. 96-97.

⁸²⁷ Cieciszew, pagus, cfr ANP XXXIV/3, notam 337, p. 117.

⁸²⁸ Niegardovia, pagus ad Prosoviciae occidentem septentrionalem situs; sancti Benedicti ordinis monachae, quae conventu Staniątki morabantur, ecclesiam illic sancti Iacobi saeculo XV fundaverunt; SGKP VII, p. 72.

Comittit ei, ut a suspensione Iacobum Ruszkiewicz, qui legitima iunior aetate subdiaconatus ordinem suscepit, absolvat.

Reg.: AV, Arch.Nunz.Varsavia 177 f. 101r-v. F. 101r: "Commissio absolvendi a suspensione".

Opitius etc.

Dilecto Nobis in Christo Perillustri et admodum Rev.do D.no Matthaeo Casimiro Orłowski⁸²⁹, Iuris Utriusque Doctori, Prothonotario Apostolico, Archidiacono Cureloviensi, salutem etc.

Expositum Nobis fuit pro parte Rev.di Iacobi Ruszkiewicz, dioecesis Gnesnensis seu alterius Legationis Nostrae, qualiter licet dubius esset, an legitimam haberet aetatem pro sacro subdiaconatus ordine suscipiendo, imo potius in partem negativam inclinaret, nihilominus ad illum, alias tamen rite promoveri se curaverit, adeoque praedicta dubietate, seu incertitudine attendenda contingere potuisse, quod ante tempus ordinatus fuerit, et suspensionis censura irretitus. Cum autem ad alios sacros ordines Deo dante ascendere cupiat, Nobis humiliter supplicari fecit, quatenus ad conscientiae quietem et securitatem eum ab huiusmodi excessu et suspensione exinde proveniente auctoritate Apostolica absolvere dignemur.

Nos attendentes, quod (ut eadem expositio subiungebat) in dicto ordine non ministraverit, nec functiones illius aliquas, unde irregularitatem contraxisse dici possit, obiverit, supplicationibus ipsius pro parte factis benigne inclinati, ipsiusque conscientiae tranquillitati consulere volentes, ipsumque Iacobum a quibusvis etc. censentes, Perillustri et admodum Rev.dae Dominationi V.rae committimus, quatenus eundem Iacobum ad Perillustrem Dominationem V.ram accedentem, et humiliter absolvi petentem, ab eodem excessu et suspensione, in casum, quo dici posset fuisse ante tempus ordinatum, incursum, imposita eidem pro qualitate facti paenitentia salutari, et dummodo vitae probitas et alia virtutum merita ipsi alias suffragentur, in utroque foro absolvat, omnemque suspensionis maculam sic aboleat, ut eadem suspensione non obstante, dummodo ad legitimam aetatem pervernerit, [101v] nec aliud canonicum ei obstet impedimentum, in eodem sacra subdiaconatus ordine ministrare, nec non et ad alios servatis servandis promoveri, in eisque promotus in altaris ministerio ministrare et sacrificium Deo offerre possit et valeat, non obstantibus etc. In quorum fidem etc. Datum Varsaviae etc., die 21, mensis Maii 1682.

⁸²⁹ Matthaeus Casimirus Orłowski (1635-1697), utriusque iuris doctor, protonotharius apostolicus, archidiaconus Kurzeloviensis, canonicus Gnesnensis ab a. 1691, parochus infulatus Kamienensis ab a. 1691, canonicus Tarnoviensis 1693-1696, canonicus Loviciensis ab a. 1692; cfr Korytkowski, *Pracaci...* III, p. 173-174; Wieteska, p. 84.

N. 1303.

**Innocentius XI, pontifex maximus
Opitio Pallavicini**

Romae, 23 V 1682.

Venia Canonicis Regularibus Cervenscensis abbatiae conceditur, ut insulam, abbatiae praedictae praedium 70 scutorum summam per annum reddens, regi aut vendere aut pro alio quodam praedio pacisci possint. Praediis tamen mutatis non sint accipienda bona nisi quae redditum parte tertia hodierno maiorem apportent.

Reg.: AV, Sec.Brev., Reg. 1669 f. 59r-v. F. 59v in margine: "Pro Rege Poloniae et Canonicis Regularibus Monasterii Cervenensis, Posnaniensis dioecesis" et summarium brevis.

Venerabili Fratri Opitio, Aepo Ephesino, apud Charissimum in Christo
Filium Nostrum Ioannem Poloniae Regem Illustrem,
Nostro et Apostolicae Sedis Nuncio.

Innocentius Papa XI.

Venerabilis Frater, salutem etc.

Nuper pro parte Charissimi in Christo Filii Nostri, Ioannis Poloniae Regis illustris Nobis expositum fuit, quod cum ipse quandam suam villam, quae Villanova vocatur, congruenter ampliari et omnibus suis numeris ut regiae recreationis locum decet, absolute intendat, ut ibidem animum a gravibus Regni curis interdum relaxare valeat; dictae vero villae vicina sit quaedam parva insula Farradio nuncta, quae Vistula flumine alluitur, et ad parochialem Ecclesiam Blonensem Posnaniensis dioecesis Monasterio Abbatiae nuncupato Cervenensi Ordinis Canonicorum Regularium in perpetuum (ut asseritur) canonicè unitam legitime spectet; et propterea idem Ioannes Rex dictam insulam emptione vel permutatione acquirere desideret. Dilecti Filii Canonici Regulares dicti Monasterii capitulariter congregati, regio desiderio morem [...] ^{a)} professi sunt, si Ecclesiae et Monasterii praefatorum indemnitati atque [...] ^{a)} utilitate consulatur, ac Nostram et huius Sanctae Sedis beneplacitum sibi ad id suffragetur.

Unde tu adhibitis debitis diligentibus super statu dictae villae⁸³⁰, totoque hoc negotio informationes capiens, comperisti redditum annum insulae

⁸³⁰ De redditu huius praedii annuali relatio a nuntio confecta mandata est Carolo Barberini, Regni protectori, die 6 III 1682, cfr N. 1145 et notam 413, p. 153.

praedictae, subducta insimul plurimum annorum ratione, ad summam quingentorum florenorum monetae illarum partium, qui septuaginta scuta monetae Romanae vel circiter constituunt, ascendere, sed illam inundationibus fluminis praedicti, quae sementos hyemales impediunt, obnoxiam esse, omnia vero illius aedificia ruinam minari, nec posse Canonicos Regulares praefatos grandem facere impensam, quae ad illorum instaurationem necessaria foret, ac proinde Ecclesiae et Monasterio supradictis per utile fore si eadem insula memorato Ioanni Regi vendatur, aut [...]a), cum ipse Ioannes Rex indemnitate, atque utilitatis Ecclesiae et Monasterii huiusmodi per aequae studiosus, si venditio quidem placeat, pretium conveniens cum debito augmento, quod in emptionem tot aliorum bonorum stabilium securorum, liberorum et fructiferorum ad favorem Ecclesiae et Monasterii praefatorum convertatur, si vero permutatio, alia bona immobilia maioris annui redditus praestare, offerat, ita ut sive venditio, sive permutatio huiusmodi in evidentem eorundem Monasterii et Ecclesiae sit cessura utilitatem.

Quare pro parte tam Ioannis Regis, quam Canonicorum Regularium praefatorum Nobis fuit humiliter supplicatum, ut sibi in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ipsius Ioannis Regis desiderio hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere, dictosque Canonicos Regulares specialibus etc. volentes, ac ipsorum Canonicorum Regularium singulares personas a quibusvis etc. censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, de [59v] Venerabilium Fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium Concilii Tridentini interpretum consilio⁸³¹, et attenta relatione tua super praemissis ad eosdem Cardinales transmissa⁸³², Fraternitati Tuae per praesentes committimus et mandamus, ut veris existentibus narratis et postquam [...]a), venditionem seu permutationem huiusmodi, si fiat in evidentem Ecclesiae et Monasterii praefatorum utilitatem esse cessuram, eandem venditionem seu permutationem, cum pacto regressus in casu evictionis et molestiarum, ac cum aliis clausulis necessariis et opportunis, autoritate Nostra Apostolica pro tuo arbitrio et conscientia gratis approbes atque conformes ita tamen ut bona stabilia Ecclesiae et Monasterio praedictis in permutationem tradenda per memoratum Ioannem Regem sint tuta et fructifera, eorumque annuus reditus superet in tertia parte fructum annum praefatae insulae.

Non obstantibus [...]a) Pauli II⁸³³ et aliorum Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum, de rebus Ecclesiae non alienandis, aliisque constitutionibus et ordinationibus nec non parochialis Ecclesiae ac Monasterii,

⁸³¹ Congregationis Sacri Concilii Tridentini decretum 2 V 1682 datum, unde breve oritur papale, cfr AV, Sec.Brev., Reg. 1669, f. 61.

⁸³² Relationem ipsam non inveni, sed cfr N. 1145 et notam 413, p. 153; memoriale post relationem ad pontificem autem scriptum cfr A. 13.

⁸³³ Paulus II (Petrus Balbo, 1418-1471), ab a. 1464 pontifex maximus; bulla *Ambitiosae cupiditati* die 1 III 1467 venditio bonorum excludebatur ecclesiasticorum; cfr *Bullarium Romanum* V, p. 194-195.

et ordinis praefatorum etiam etc. statutis et consuetudinibus, privilegiis etc. innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores etc. derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem ut si venditio huiusmodi fiat, pecuniae inde proventurae in actu earum solutionis unico contextu sicut supra dictum est, convertantur vel saltem penes Montem Pietatis aut personam fide et facultatibus idoneam deponantur, inde non amovendae, nisi adesset illas sic convertendi, si vero permutationem vigore praesentium fieri contigerit, Insula praedicta pro evictione bonorum pro ea tradendorum, in exactam quo haec quomodolibet evinci detengat, ad favorem parochialis Ecclesiae et Monasterii supradictorum semper obligata, et in specie hypothecata remaneat. Datum [Romae, apud] S[anctum] P[etrum], 23 Maii 1682, anno VI.o.

(b-Placet B[enedictus]^{-b)}

(c-J[oannes] G[ualterius] Slusius^{-c)}.

a) *Illegibile.*

b-b) *Innocentii XI (Benedictus Odescalchi) manu scriptum.*

c-c) *Ioannis Gualterii Slusii autographum.*

N. 1304.

**Card. Alderanus Cybo
Opitio Pallavicini**

Romae, 23 V 1682.

Allatum sibi esse nuntiat fasciculum 22 IV 1682 datum.

Reg.: AV, Segr.Stato, Polonia 185 f. 27v-28r. F. 28v in margine: "In quest'ordinario non si mandano altre lettere".

Al medesimo.

Col dispaccio di V.ra Signoria Ill.ma in data de' 22 del passato⁸³⁴ si sono ricevuti qui molti argomenti [28r] dell'attenzione, colla quale ella adempie le proprie parti. E havendone ella riportata da N.ro Signore la conveniente lode, io lo significo a V.ra Signoria Ill.ma rimettendomi in più che per hora

⁸³⁴ Cfr N. 1236-1238.

mi occorre alle lettere qui congiunte⁸³⁵. E prego il Signore Dio che le conceda l'abbondanza delle sue benedizioni. Roma, 23 Maggio 1682.

N. 1305.

**Eduardus Cybo, secretarius S. Congregationis de Propaganda Fide
Opitio Pallavicini**

Romae, 23 V 1682.

Petitione a catholicis parochiae Sanctissimae Trinitatis Albae Russiae per tempus iam vacantis, ut parochus sibi mitteretur, allata, imponit ei, ut rem diligentissime investiget, an venia sit ab epo petenda et utrum Carmelitanis huiusmodi beneficium comitti possit.

Reg.: APF, Lettere 71, II parte, f. 136v-137r.

A Mons. Nuntio di Polonia, li 23 Maggio 1682.

Polonia.^{-a)}

Prima di riferire in questa Sacra Congregazione il memoriale rimesso dalla Santità di N.ro Signore e presentato a Sua Beatitudine per parte de' Cattolici della Parochiale della Santissima Trinità in Alba Russia⁸³⁶, la cui copia invio qui ingionta a V.ra Signoria Ill.ma, ho stima[137r]to necessario certificarmi della verità dell'esposto, cioè se da tant'anni in qua si trovi quella Parochia senza Pastore a causa della penuria che quella Diocesi priva de' sacerdoti, e se per ammettere all'amministrazione della medesima i Padri Carmelitani, che ivi stanno vicini, vi concorra l'assenso dell'Ordinario.

Supplico V.ra Signoria Ill.ma compiacersi di ricavare così necessarie notizie per parteciparmele in augumento di tant'altre obligationi che le professo, et a V.ra Signoria Ill.ma bacio riverentemente le mani.

a) *In margine.*

⁸³⁵ Adnotationibus in margine factis legi potest nec alias ullas nuntio die eadem missas epistulas.

⁸³⁶ Re in Congregationis Eporum et Regularium consensu 5 VI 1682 habito disputata similiter decretum est ad nuntium recurrere, prout rem investigaret totam; hanc ob causam memoriale ad nuntium est missum – cum autem de re eadem ac cum eodem effectu Congregatio de Propaganda Fide disputaverat, cuius tamen memoriale non inveni, assumi possumus longe similia amborum esse contenta; cfr igitur N. 1334 et A. 14.

N. 1306.

**Opitius Pallavicini
universis**

Varsaviae, 23 V 1682.

Certiores quemque facit Ioannem Gniński, Regni vicecancellarium, die 23 V 1682 in ecclesia Carmelitarum Discalceatorum Varsaviensi sacrum presbyteratus suscepisse ordinem.

Reg.: AV, Arch.Nunz.Varsavia 177 f. 102r. In margine: "Collatio sacri presbyteratus ordinis".

Opitius etc.

Universis et singulis praesentes literas visuris, lecturis et pariter auditis, notum facimus et testamur Nos anno millesimo sexcentesimo octuagesimo secundo, die 23 mensis Maii, in Ecclesia Patrum Carmelitarum Discalceatorum Varsaviae⁸³⁷, cum ceremoniis et solemnitatibus necessariis et opportunis in similibus fieri solitis et consuetis, iuxta et secundum S.R.E. ritum, morem et consuetudinem intervenientibus debitis requisitis, iuxta sacros canones et Sacrum Concilium Tridentinum Ill.mo ac Rev.mo Domino Ioanni Samueli Gninski, Regni Procancellario, sacrum presbyteratus ordinem, rite et recte contulisse et dedisse. In quorum omnium et singulorum fidem praesentes literas a Nobis subscriptas, et Nostro sigillo munitas fieri iussimus. Datum Varsaviae ex Aedibus Nostris, hac die 23 mensis Maii, anni MDCLXXXII, Pontificatus autem Sanctissimi Domini Nostri anno sexto.

N. 1307.

**Opitius Pallavicini
Stanislao Iosepho Kłoskowicz, altariatae Boleslaviensis**

Varsaviae, 23 V 1682.

⁸³⁷ Carmelitarum Scalceatorum conventum ecclesiamque Assumptionis BMV sanctique Iosephi Varsaviensem Adalbertus Wessel, capitaneus Rozanensis ac signifer fundavit aulicus; anno 1642 ecclesia aedificari coepit; cfr Nowacki II, p. 768.

Concedit ei, ad Sanctam Annam altaristae Boleslaviensi⁸³⁸, dioecesis Gnesnensis, licentiam absolvendi ab haeresi.

Summarium in cancellaria confectum: AV, Arch.Nunz.Varsavia 177 f. 102r.

N. 1308.

**Opitius Pallavicini
Stanislao Całowański, suffraganei et administratori generali
episcopatus Plocensis**

Varsaviae, 23 V 1682.

Litteris a pontifice die 11 IX 1681 datis respiciens comittit ei, quatenus utrum beneficium novum, canonia sancti Michaelis collegiatae Plocensis consistens, Alexandro Madaliński, cui iam prius ecclesiae cathedralis Plocensis custodia canonique cathedralis Gnesnensis comissae, comitti possit et si nullum aliud canonicum obstet impedimentum, ut cum eodem Alexandro super pluralitate beneficiorum dispenset.

Reg.: AV, Arch.Nunz.Varsavia 177 f. 102v-103v. F. 102v, in margine: "Commissio inquisitionis in ordine ad dispensandum super pluralitate beneficiorum".

Opitius etc.

Dilecto Nobis in Christo Perillustri et Rev.mo Domino Suffraganeo et Administratori Generali Episcopatus Plocensis⁸³⁹, salutem etc.

Noverit Dominatio Sua Nobis exhibitas esse literas Apostolicas sub plumbo more Curiae Romanae expeditas, de data, prout in iisdem super retentione plurium beneficiorum pro parte Perillustris et admodum Rev.di Domini Alexandri Madalinski⁸⁴⁰, tenoris ut sequitur:

"Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei.

⁸³⁸ Bolesławiec, pagus hodie, tunc oppidum autem ad Proсна flumen, Wieruszowiae urbis decanatus principalis propter austrum situm, ecclesiam parochialem a. 1596 capitaneus tunc Boleslaviensis palatinusque Cracoviensis, Nicolaus Zebrzydowski fundavit; cfr SGKP I, p. 299.

⁸³⁹ Stanislaus Całowański, cfr notam 74, p. 29.

⁸⁴⁰ Alexander Madaliński (ca 1645-1692), Bonaventurae Madaliński, epi Plocensis, dein autem Cuiaviensis, fratris filius, canonicus Gnesnensis 1675-1690, custos Plocensis cantorque Cuiaviensis; cfr Korytkowski, *Prataci... II*, p. 577-578.

Dilecto Filio Nostro et Sedis Apostolicae Nuntio in Regno Poloniae comoranti, salutem et Apostolicam benedictionem.

Vitae et morum honestas, aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita, super quibus dilectus filius Alexander Madalinski, presbyter Gnesnensis, seu alterius civitatis vel dioecesis in Polonia apud Nos fide digno [103r] commendatur testimonio, Nos inducunt, ut eum specialibus favoribus et gratiis prosequamur.

Exhibita siquidem Nobis nuper pro parte dicti Alexandri petitio continebat, quod alias ipse Alexander Custodiam Ecclesiae Płocensis, dignitatem inibi non tamen post Pontificalem maiorem, seu officium, aut personatum vel administrationem existentem, ac unum in maiori Gnesnensi⁸⁴¹ et alterum perpetua simplicia, et personalem residentiam non requirentia beneficia ecclesiastica Canonicatus nuncupata in saeculari et Collegiata Sancti Michaelis in Arce nuncupati Płocensi Ecclesiis, certo tunc expresso modo vacantia, ordinaria auctoritate sibi conferri, et de illis etiam provideri obtinuit.

Cum autem sicut eadem petitio subiungebat, ipse Alexander Custodiam et beneficia huiusmodi insimul absque dispensatione Apostolica retinere nequeat, quare pro parte dicti Alexandri Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus ei de opportuna dispensationis gratia providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Nos igitur eundem Alexandrum specialis gratiae favore prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium duntaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, ac omnes, et singulos fructus, redditus et proventus, ex Custodia et beneficiis huiusmodi per eum perceptos, sibi gratiose remittentes et condonantes, huiusmodi supplicationibus inclinati, discretioni tuae per Apostolica scripta mandamus, quatenus cum eodem Alexandro, dummodo ad id reperiatur idoneus, et nullum aliud ei obstet canonicum impedimentum, ut Custodiam et beneficia huiusmodi insimul retinere libere et licite valeat, pro tuis arbitrio et conscientia, auctoritate Nostra dispenses. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, ac dictarum Ecclesiarum etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, caeterisque contrariis quibuscunque.

Volumus autem quod Custodia et beneficia huiusmodi debitis propterea non fraudentur obsequiis, sed eorum congrue supportentur onera consueta. Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem, anno Incarnationis Dominicae millesimo sexcentesimo octuagesimo primo, tertio Idus Septembris⁸⁴²,

⁸⁴¹ Erat tunc Alexandro Madaliński canonia Gnesnensis fundi Czerniewo, anno ei 1675 comissa; cfr Korytkowski, *Prataci...* II, p. 577-578.

⁸⁴² Scilicet 11 IX 1681.

Pontificatus Nostri anno quinto etc. Locus + plumbi more Curiae Ro[103v]-
manae appensi."

Post quarum quidem literarum praesentationem seu exhibitionem ut
supra, factam pro parte dicti Perillustris et admodum Rev.di D.ni Alexandri
Madalinski, Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus ad earundem exe-
cutionem procedere dignemur.

Nos igitur qui eam quam ob locorum distantiam per Nos ipsos informa-
tionem, prout Apostolica mandata et res ipsa exigit, assumere non possu-
mus, ab aliis timoratae conscientiae viris in partibus existentibus percipere
debeamus. Dominationi V.rae, de qua plurimum in Domino confidimus, per
praesentes committimus, et mandamus, quatenus de narratis et expositis in
eisdem literis Apostolicis quantum attinet ad dictam Custodiam supradictae
Ecclesiae Płocensis, nec non et Canonicatum in Ecclesia Collegiata Sancti
Michaelis in Arce Płocensi antedictis, se diligenter informet, Nobisque super
illis, idoneitate eiusdem D.ni Alexandri Madalinski, et non obstantia ali-
cuius canonici impedimenti, quantitate, seu valore reddituum, et quorum-
cunque proventuum, comprehensis etiam distributionibus quotidianis, qua-
tenus dentur dictarum Custodiae et Canonicatus Płocensium Ecclesiarum,
meritis et praerogativis eiusdem D.no Alexandri Madalinski, moderno statu
Custodiae et Canonicatus supradictorum, caeterisque ad dictarum litera-
rum executionem totalem et plenariam necessariis conducibilibus et oppor-
tunis relationem faciat cum suo voto et sentimento, super praemissis con-
scientiam Dominationis V.rae Rev.mae strictissime in Domino onerantes. In
quorum fidem etc. Datum Varsaviae etc., die 23, mensis Maii, anno Domini
1682.

N. 1309.

Card. Franciscus Buonvisi, nuntius apostolicus Vindobonae Opitio Pallavicini

Vindobonae, 25 V 1682.

*De intercessione apud oratorem Gallicum de negotiationibus clam cum
Apafy duce habitis a rege facta quid ipse censuerit, significat. Vindobonae
interim, sicut et Constantinopoli semper tractationum a Emerico Thököly
cum Budae bassa habitarum exitus expectari nuntiat. Francoforti dein nun-
tios allatos minime Gallicos de regionibus, quibus potiti, restituendis cogi-
tare. Principem denique Lotharingiae, Carolum bene valere affirmat.*

Vienna, 25 Maggio 1682.
A Mons. Nunzio di Polonia.

Sono molto considerabili le due cose che disse Mons. Vicecancelliero al Sig. di Laverne⁸⁴³, e mentre essi caminorno con tante cautele nelle Diete passate circa i sussidii per non ingelosire i Turchi⁸⁴⁴, con molta più ragione devino i Pollacchi non insospettare i vicini, de' quali tardi o per tempo possono havere gran bisogno, et è certo che se mancheranno a i Rebelli i soccorsi e le notizie che hanno per cotesto canale, riceverà notabil beneficio la causa pubblica, et in oltre stando intento Brandeburgo a tutte l'occasioni di nuocere alla Repubblica e col pensiero d'usurpare una volta la Lituania [...]a) col mezzo de' Ducati dotali della Ratzivil⁸⁴⁵, è verisimile che i Francesi aiuteranno più Brandeburgo, loro collegato e che tanto gli favorisce ne i loro interessi di Germania, che non aiuteranno i Pollacchi lontani da loro e che non possono giovarli, se non col tenerli allettati da vane speranze che li portano al precipizio. Con tutto ciò mi sottoscrivo al parere di V.ra Signoria Ill.ma che continueranno a fare a loro modo e che si proseguirà a mandare a i Rebelli ogni assistenza.

Tra poco sapremo quello che haverà risoluto il Tekeli⁸⁴⁶ col Visir di Buda, e corre un opinione che non [v] lascino i Turchi passare gl'avvisi del Caprara⁸⁴⁷ e né meno quelli del Residente Polacco per dar tempo che prima arrivino alla Porta le relazioni del congresso di Buda per risolvere avanti che queste due nazioni penetrino le loro intenzioni, per sorprendere quella li paresse più facile da soggiogare. Qui però si sta con gl'occhi aperti e col preparamento già fatto, non ci è da temere di gran male almeno per quest'anno.

I Francesi si sono dichiarati a Francofort di non voler restituire alcuna cosa dell'occupato, dicendo di haver fatto assai con haver [...]b) le maggiori pretenzioni che havevano contro l'Imperio e credo che da questa parte non acquieteranno.

Il Sig. Duca di Lorena continua nel migliorare e stamattina l'hanno trovato totalmente senza febbre. E rassegnando a V.ra Signoria Ill.ma la mia solita devozione, resto.

a) *Deletum*: con i Ducati.

b) *Illegibile*.

⁸⁴³ Intercessio a Ioanne Gniński inter alios et de Ludovici XIV Transilvaniae mandatario, du Vernay-Boucault, Iavoroviae moranti facta, cfr N. 1267.

⁸⁴⁴ Responso, quod comitiorum anni 1681 tempore Polonis auxilium sibi pro bello cum Turcis gerendo quaerentibus a Gallicis datum, respicit; cfr ANP XXXIV/2, N. 308, p. 9-10.

⁸⁴⁵ Ludovica Carolina de domo Radziwiłł, Friderici Gulielmi electoris nurus.

⁸⁴⁶ Emerici Thököly cum Ibrahim bassa conventus, cfr notam 790, p. 289.

⁸⁴⁷ Albertus, comes Caprara, Leopoldis I imperatoris extraordinarius Constantinopoli orator.

N. 1310.

**Opitius Pallavicini
Ioanni Małachowski, epo Cracoviensi**

Varsaviae, 25 V 1682.

Comittit ei ut cum Andrea Paschacio super irregularitate dispenset, cuius irregularitatis hae sint causae: anno 1668 in conventu Canoniorum Regularium Mstoviensi commorans, Allenstenium missus est a praeposito una cum aliis eiusdem conventus professis, ut duo fugientes ad reditum cogeret; tumultu illic violenti exorto uter percussus fugitivus, qui post dies aliquot hac ex causa, si sine ulla Andreae ipsius culpa, mortuus. Paschacius dein ab anno auribus captus ordines autem sacros suscipere quaerens, prout dispensatio sibi concederetur, supplicavit.

Reg.: AV, Arch.Nunz.Varsavia 177 f. 101v-102r. F. 101v in margine: "Commissio dispensandi ab irregularitate".

Opitius etc.

Dilecto Nobis in Christo Ill.mo et Rev.mo Domino Episcopo Cracoviensi seu ipsius Rev.mo Domino Vicario in spiritualibus et Officiali Generali, salutem etc.

Noverit Ill.ma et Rev.ma seu respective Rev.ma Dominatio V.ra Nobis fuisse expositum pro parte D.ni Andreae Paschacii, dioecesis Cracoviensis, qualiter ipse ad statum spiritualem aspiret, et in eodem reliquum vitae tempus Altissimo consecrare cupiat, cui tamen intentioni obstare possit timor irregularitatis exinde contractae, quod anno 1668 dum aliquot Religiosi a Patre Praeposito Conventus Mstoviensis⁸⁴⁸ Ordinis Canoniorum Regularium Sancti Augustini missi fuissent ad reducendos duos alios Religiosos, qui ad oppidum Olsztynense⁸⁴⁹ profugerant, et ipsemet Andreas tunc temporis in eodem Conventu residens illis etiam adiunctus fuisset, ipsisque tanquam amicus assisteret, venientesque cum aliis assistentibus saecularibus ad dictum oppidum, unum ex dictis profugis invenissent, secumque Mstoviam reducerent, contigent, quod dum aliquo tumultu facto oppidani Olsztynenses reductionem impedire, et eundem profugum Religiosum ex eorum

⁸⁴⁸ Mstovia (Mstów), tunc oppidum, nunc pagus tantum ad Warta flumen, Czestochoviae septentrionalem propter occidentem situs; conventus illic ac ecclesia Canoniorum Regularium Sancti Augustini Assumptionis BMV titulo saeculo XIII ineunte fundati.

⁸⁴⁹ Allenstenium, tunc oppidum, nunc pagus tantum ad Czestochoviae orientem situs australem. Ecclesia parochiali sancti Ioannis Baptistae professi conventus Canoniorum Regularium Sancti Augustini Mstoviensis ministrabant; cfr *Zakony męskie...*, Tab. 35c.

manibus liberare tentarent, unus ex Religiosis praedictis ad eosdem profugos reducendos immissis sine aliqua persuasione, aut consilio eiusdem Andreae, qui cum ipsis Religiosis tanquam amicus erat, quendam oppidanum uni ex iisdem Religiosis immissis ferro imminentem, globo traiecerit, ex quo vulnere mortuus fuerit tertio vel quarto die subsequente.

Quod itidem praefatus Andreas ex aliquo morbo (non tamen ex causa bonam famam denigrante contracto) ante annum circiter factus sit surdaster, ita tamen quod huiusmodi auditus debilitatio Divinis non possit impedimentum praestare. Unde ad Nos recursum habuit, fecitque humiliter supplicari, quatenus ad quietem conscientiae super praemissis secum dispensare dignaremur.

Nos autem attendentes, quod (ut eadem innuebat expositio) idem Andreas nullum praestiterit opus, propter quod homicidium praedictum sui pro parte dici possit voluntarium precibus ipisius pro parte porrectis benigne inclinati, ipsumque Andream a quibusvis etc. censentes, Ill.mae et Rev.mae seu respective Rev.mae Dominationi V.rae per praesentes commitimus, quatenus, se de praemissis diligenter informet, et si ex facti, personarumque circumstantiis sibi sufficienter constiterit homicidium praedictum ita contigisse ut ex parte ipsius Andreae dici non possit voluntarium, factoque [102r] per se ipsam experimento auditus eiusdem, repertoque quod debilitatio praedicta talis non sit, quae Divinis (seu in confessionibus sacramentalibus audiendis, seu aliis quibuscunque sacerdotalibus et parochialibus functionibus obeundis), praestet impedimentum, cum eodem, dummodo ad id reperiatur idoneus, vitaeque ac morum probitas, aliaque laudabilia virtutum merita ipsi suffragentur, paritoque iudicato, si quod sit contra ipsum ratione eiusdem homicidii subsecutum, autoritate, qua virtute Legationis Nostrae fungimur, Apostolica, dispenset, omnemque irregularitatis notam sic aboleat, ut eodem homicidio et huiusmodi debilitatione auditus non obstante, si nullum aliud obsit impedimentum, ad omnes sacros etiam presbyteratus ordines servatis servandis promoveri, et in illis promotus in altaris ministerio ministrare et sacrificium Deo offerre, itidemque quod dicta irregularitate ex praedicto homicidio non obstante, quaecunque beneficia, cum cura et sine cura, dummodo sibi canonice conferantur, nec plura sint, quam quae iuxta Sacri Concilii Tridentini decreta permittuntur, libere et liciteo obtinere et retinere possit et valeat. Non obstantibus etc. In quorum fidem etc. Datum Varsaviae ex Palatio Nostro Apostolico, die XXV, mensis Maii, anno Domini MDCLXXXII.

N. 1311.

Opitius Pallavicini
Bonaventurae Madaliński, epo Vladislaviensi

Varsaviae, 25 V 1682.

Comittit ei, ut re diligentissime perquisita cum Petro Odętkowski, qui puer tantum casualiter puellae cuiusdam causaverit mortem, super irregularitate ita dispenset, ut ille ordines sacros suscipere possit.

Reg.: AV, Arch.Nunz.Varsavia 177 f. 102r-v. F. 102r, in margine: "Commissio dispensandi super irregularitate".

Opitius etc.

Dilecto Nobis in Christo Ill.mo et Rev.mo Domino Epo Vladislaviensi et Pomeraniae seu ipsius Perillustri et admodum Rev.do Domino Vicario in spiritualibus et Officiali Generali⁸⁵⁰, salutem etc.

Expositum Nobis fuit pro parte Petri Odętkowski, dioecesis praedictae Vladislaviensis, qualiter ipse fervore devotionis accensus ad statum spiritualement aspiraret, verum quia puer existens nesciens bombardam seu sclopetum pulvere, et globo onustum fuisse, illud ex mensa arripuerit, et praeter intentionem explosisset, ex qua explosione ancilla globo transfixa intra aliquod tempus vitam cum morte commutaverit, se exinde irregularitatem contraxisse suspicatur, ad Nos pro opportuna dispensatione recursum fecit, humiliterque supplicavit, quatenus secum super praedicta irregularitate de Apostolica benignitate dispensare dignaremur.

Nos vero attendentes, quod (ut eadem expositio subiungebat) praeter omnem occidendi intentionem, et inadvertenter idem Petrus explosisset, ipsumque Petrum a quibusvis etc. censentes, Ill.mae et Rev.mae seu respective Rev.mae Dominationi V.rae committimus, quatenus se de praemissis diligenter informet, et si sibi ex facti personarumque circumstantiis sufficienter constiterit, per eandem informationem homicidium praedictum non fuisse voluntarium, vitaeque ac morum probitas, aliaque virtutum merita eidem alias suffragentur, tunc cum eodem Petro super huiusmodi irregularitate dispenset, omnemque irregularitatis maculam sive notam exinde provenientem abstergat et aboleat, ita ut eadem non obstante, dummodo ad id reperiatur idoneus, eique aliud canonicum non obstat impedimentum, ad primam tonsuram et quatuor minores et successive omnes sacros etiam

⁸⁵⁰ Bonaventura Madaliński (ca 1620-1691), a Iunio mense 1681 epus Vladislaviensis; Balthasar Alexander Gissa, officialis generalis Vladislaviensis, cfr ANP XXXIV/3, notam 476, p. 165.

presbyteratus ordines servatis servandis promoveri, et postquam in illis promotus fuerit, in altari Altissimo ministrare et sacrificium Deo offerre, nec non quaecumque beneficia ecclesiastica, cum cura et sine cura, dummodo sibi canonice conferantur, nec plura sint, quam quae iuxta Sacri Concilii Tridentini decreta permittuntur, libere et licite obtinere et retinere possit et valeat. Eo tamen praecautum, ut dictus Petrus iudicato, si quod secutum fuerit super praedicto homicidio, pareat. Non obstantibus etc. In quorum fidem etc. Datum Varsaviae etc., die 25, mensis Maii 1682.

N. 1312.

Opitius Pallavicini
Raphaeli Arteński, dioecesis Cracoviensis

Varsaviae, 26 V 1682.

Concedit ei, Raphaeli Arteński⁸⁵¹, extra tempora ad diaconatum et presbyteratum dispensationem, ob necessitatem ecclesiae archipresbyteralis Cracoviensis.

Summarium in cancellaria confectum: AV, Arch.Nunz.Varsavia 177 f. 103v.

N. 1313.

Opitius Pallavicini
card. Alderano Cybo

Varsaviae, 27 V 1682.

Fasciculum 2 V 1682⁸⁵² datum allatum sibi esse affirmat.

Reg.: AV, Segr.Stato, Polonia 100 f. 176r.

⁸⁵¹ Raphael Casimirus Arteński, anno 1698 sacrae theologiae doctoris titulo ab Academia Cracoviensi donatus, canonicus tunc sancti Floriani collegiatae Cracoviensis parochusque Pajęcznensis; cfr Barycz, p. 191.

⁸⁵² Cfr N. 1268-1271.

N. 1314.

**Opitius Pallavicini
card. Alderano Cybo**

Varsaviae, 27 V 1682.

Allatas significat a Casimiro Ioanne Opaliński, epo Culmensi de Thoma Szulc OP querelas, veluti indultum illi, parochiam iam Ladekopensem a epi praedecessore comissam administranti, invito Opaliński a Congregatione de Propaganda mandatum, quo parochiae Milecensis administrationem obtinuerit. Ipse dein, huiusmodi querelis respiciens, indultum supradictum detulit et nullis ad tempus questibus factis, rem iam conclusam esse sperat.

Or.: AV, Segr.Stato, Polonia 100 f. 178r-v.

Eminentissimo e Rev.mo Signor etc.

Monsignor Opalinski⁸⁵³, Vescovo di Culma, scrive a V.ra Eminenza sotto li 10 Marzo di quest'anno⁸⁵⁴ dolendosi che havendo havuto il Padre Tomasso Szulz, Domenicano, un'indulto dalla Sacra Congregatione de Propaganda fide di potere amministrare la Parochia Milecense⁸⁵⁵ in quelle parti, infette d'eresia e dove si asserisce essere pochi sacerdoti secolari atti, si voglia eseguir quest'indulto senza il consenso dell'Ordinario.

Questo Padre Szulz in vigor d'un altro indulto impetrato da Mons. Vescovo di Cracovia mentre era Vescovo di Culma, amministra la Parochia Landecopense. Hor havendo ottenuto questo nuovo, io prima d'eseguirlo ne scrissi a Mons. Opalinski, et essendosi egli opposto, tralasciai di passare inanzi all'essecutione, e perché Monsignore nell'informatione datami, mi accennò qualche cosa in ordine a rimuovere il Padre dalla Parocchia [178v] Landecopense, replicai a Monsignore che quando si provassero motivi sufficienti per ordinare questa rimotione, haverei fatto quello che dal canto mio si fosse dovuto perché venisse rimosso, ma egli non ha suggiunto più altro intorno a questa materia. Penso che Mons. Opalinski scrivesse a V.ra Eminenza subito che le giunse a notitia questo nuovo indulto, senza attendere se le ne venisse scritto da me, che havendolo fatto e vedendo Monsignore contrario, non eseguii, supponendo esser tale la mente della Sacra Congre-

⁸⁵³ Casimirus Ioannes Opaliński, epus Culmensis, cfr ANP XXXIV/2, notam 551, p. 183; notam 61, p. 319.

⁸⁵⁴ Casimiri Ioannis Opaliński, epi Culmensis, ad Alderanum Cybo litterae 10 III 1682 de Thoma Szulc OP datae, cfr A. 10.

⁸⁵⁵ Cfr ANP XXXIV/1, N. 82 et 268; ANP XXXIV/2, N. 615 et notas 822-824, p. 286.

gatione. Questo mostra come ha ottenuto il suo intento e che la doglianza è nata da un timore che, come si vede, è riuscito vano. Con che all'Eminenza V.ra fo humilissimo e profondissimo inchino. Varsavia, 27 Maggio 1682.

Di V.ra Eminenza

(^a-humilissimo etc.
Opizio Arcivescovo d'Efeso-^a)

^{a-a}) *Autographum.*

N. 1315.

**Opitius Pallavicini
card. Alderano Cybo**

Varsaviae, 27 V 1682.

Litteris 25 IV 1682 datis, quibus de beneficiis Ioanni Stanislao Zbąski, epo Premisliensi, et Ioanni Stanislao Witwicki epo Kioviensi, nominato Luceoriensi, concessis datis respiciens, regem de favore papali certiore se facturum esse promittit. Dein de Premisliensi casu disserens, nuntiat gratias concessas iam notas illi esse, etsi certe de praediorum mutatione sit tractandum, ut bonorum administratio monachis comittatur Suleoviensibus, ipsi autem epo ut summa debita satisfaciatur. Ioanni denique Stanislao Witwicki colloquens benevolentiam ei papalem monstravit, unde abbatiam Benedictinorum Plocensem ad Luceoriensem dioecesim tralatus retinere posset, qua concessione magnopere epus gavisus.

Or.: AV, Segr.Stato, Polonia 100 f. 179r-180r.

Eminentissimo e Rev.mo Signor etc.

Mi commandò V.ra Eminenza colle sue lettere de' 25 Aprile⁸⁵⁶ di rappresentare a Sua Maestà et a Mons.i Vescovi di Premislia e Chiovia le gratie fatte ad istanza della Maestà Sua, quanto al primo di continuare a godere le tre quarte parti dell'Abbadia di Suleovia, ed in quanto al secondo

⁸⁵⁶ Epistula de abbatia Suleoviensi Ioanni Stanislao Zbąski, epo retinenda Premisliensi, cfr N. 1249; illa autem de abbatia Benedictinorum Plocensium Ioanni Stanislao Witwicki, epo Kioviensi nominatoque Luceoriensi confirmanda, cfr N. 1251.

di ritenere colla Chiesa di Luceoria, alla quale è per passare, l'Abbadia di Plosco.

Quanto al Re, queste parti saran fatte in ogni miglior forma, onde sempre più vegga e consideri l'affettione e benignità paterna di N.ro Signore verso la sua Regia Persona, et a Monsignore di Premislia ho scritto subito, mostrandole il debito che le corre per ciò e collo stesso tratterò quanto prima per vedere che si contenti che li beni della sudetta Abbadia di Suleovia siino assegnati a' monaci, acciò che vengano meglio custoditi, e che i padri si oblighino in ogni [179v] più stretta e sicura forma a sborsarle puntualmente ogn'anno le 300 ungheri, che furono calcolati tre quarte parti dell'intiera rendita di Suleovia, regolandomi in ciò secondo gl'ordini datimi da V.ra Eminenza con una sua de' due Maggio⁸⁵⁷, giuntami con questa posta.

Con Mons. Vescovo di Chiovia, ch'è qui presente, ho passato l'uffitio in voce, e non posso a bastanza esprimere con quanti segni di gratitudine e professione d'obligi e riverenza habbia ricevuta la gratia. Espressi a questo Prelato fra l'altre cose come la Santità Sua si era mossa a favorirlo per la devotione, mostrata da lui verso la Santa Sede, della quale Mons. Arcivescovo di Corinto⁸⁵⁸ ed io ne havevamo fatto testimonianza. Hor dalle sue risposte e dal genio e mente sua mi persuado con gran fondamento che quest'istesso che l'è dato per premio, le servirà di stimolo per continuare ad operare in avvenire [180r] come ha fatto per il passato, anzi di superar se stesso, onde si mostri riconoscente d'una gratia stimata da lui assaissimo, e per la cosa in sé e per la prontezza havutasi, che ridonda in maggior estimatione et honor di lui. Che è quanto m'occorre riferire a V.ra Eminenza in questo particolare. E le fo humilissimo e profondissimo inchino. Varsavia, 27 Maggio 1682.

Di V.ra Eminenza

(^a-humilissimo etc.

Opizio Arcivescovo d'Efeso^a)

^{a-a}) *Autographum.*

N. 1316.

Opitius Pallavicini
cardinalibus S. Congregationis de Propaganda Fide

⁸⁵⁷ Cfr N. 1269.

⁸⁵⁸ Franciscus Martelli, nuntius apostolicus in Polonia a. 1676-1680, Opitii ipsius praedecessor.

Varsaviae, 27 V 1682.

Penuriae sacerdotum in Livoniae ac Curlandiae provinciis respiciens, facultatem sibi petit super requisito studiorum dispensandi.

Or.: APF, SOCG 485 f. 65r-v. F. 65r, angulo sinistro inferiori, destinatarii nomen: "Alla Sacra Congregatione de Propaganda Fide". F. 66v: summarium: "Collegii". Dies Congregationisque decretum: "Die 18.a Augusti 1682. Arbitrio Nuntii Apostolici". Eduardi Cybo Congregationis secretarii autographum: "O[doacrus] Arch[iepiscopus] Seleuc[ensis], Sec[re]tarius".

Eminentissimi e Rev.mi Signori, Padroni Colendissimi.

Nell'Alunnati pontificii di Braunsberga e Vilna⁸⁵⁹ non si ammettano soggetti di scuole inferiori alla rettorica e poesia. Accade hora che nella Curlandia in Livonia (provincia, dalla quale secondo la fondatione de' suddetti Alunnati possono assumersi gl'alunni) vi siino alcune parrocchie amministrate al presente da un sol Prete, che è anco infermo, e si trovino colà alcuni giovanetti cattolici che potriano habilitarsi per quelle parrocchie quando fossero educati nell'Alunnati.

Hor attento il pericolo che per la morte del sopracennato Prete le medesime parrocchie rimanghino affatto abbandonate per mancanza de' soggetti habili, ho stimato bene di rappresentar ciò all'Eminenze V.re e supplicarle, se così le parerà, di darmi la facultà di dispensare [65v] da questo requisito de' studii quelli, che credersi bene di dispensare per la conservatione di quelle parrocchie, per le quali difficilmente potrian trovarsi altri soggetti che i nazionali, attesa la difficultà dell'idioma. Et all'Eminenze V.re fo humilissimo e profondissimo inchno. Varsavia, 27 Maggio 1682.

Dell'Eminenze V.re

(^a-humilissimo etc.

Opizio Arcivescovo d'Efeso^a)

^{a-a}) *Autographum.*

⁸⁵⁹ Alumnatis in pontificis, quae et seminariorum collegiorumque nominibus appellata, studiosi ad presbyteratum missionesque apud haereticos schismaticosque sumendas praeparabantur. Saepe autem a Iesuitis, velut illud Bransbergense 1578 fundatum, aut Vilnense a. 1582 ortum, gerebantur; cfr *Encyklopedia katolicka* I, p. 210, 394-395.

N. 1317.

**Opitius Pallavicini
card. Francisco Buonvisi, nuntio apostolico Vindobonae**

Varsaviae, 27 V 1682.

Litteras 18 V 1682 datas allatas sibi esse confirmat, quorum contentis meliorataque principis Lotharingiae valetudine magnopere se gavisum esse affirmat. Cappucinos duos Vindobonam petentes ei commendat et novas nonnullas adiecit de Ioanne Andrea Morsztyn vicecancellario Cracoviam profecto ac de aula, quam mense Iulio Varsaviam reverti verisimile, disserens.

Or.: AS Lucca, Arch. Buonvisi II parte, filza 51 n. 116. Pagina prima, angulo sinistro inferiori: "Em[inentiss]mo S[ignor] Card[ina]l Buonvisi. Vienna".

Eminentissimo e Rev.mo Signor *etc.*

Ricevo la benignissima di V.ra Eminenza de' 18 cadente⁸⁶⁰, ma non già una congiunta che nel poscritto mi dice inviare per Sua Maestà, penso che sarà andata a dirittura, tuttavia ho stimato doverne dare a V.ra Eminenza questo cenno.

Godo grandemente delle migliori nuove del Sig. Duca di Lorena e spero che continueranno così, e toglieranno affatto il dubbio e timore nel quale siamo stati sin'hora.

Ho raccomandato a V.ra Eminenza due Padri Capuccini che vengano costà, uno per rimanervi sino alla fine de' studii e l'altro Converso per qualche poco tempo. Supplico l'Eminenza V.ra di far sapere al Padre Guardiano che non si affretti a rimandarlo, perché possano intanto venir gl'ordini che vorrà dare il suo Provinciale, che è quel di Bologna⁸⁶¹. Quest'hospitio⁸⁶² deve esser di poche persone e si vorria aggiustare in modo che tutti fossero non solo di molta utilità, ma precisamente necessari, et a ciò invigila questo Padre Commissario⁸⁶³.

⁸⁶⁰ Cfr. N. 1296.

⁸⁶¹ Capucini, qui a. 1681 venerunt, provincia Bononiae oriundi erant, cui Adeodatus Bononiensis (marchio Vespasianus Monti, 1635-1686) provincialis annis 1679-1682 praeerat; cfr. Felice da Mareto, *Necrologio...*, p. 497; Donato da S. Giovanni in Persiceto, *Il quarto centenario...*, p. 34.

⁸⁶² Regis petitionibus assentiens brevi 10 IX 1680 dato pontifex, ut fratres Capucini in Poloniam pervenire ibique duo hospitia, Varsaviae ac Cracoviae locanda, struere possent concessit. Varsaviense igitur, cuius fit mentio, tempore quo litterae datae constituebatur etiam et octo in oppido morabantur monachi. Cum autem duo dein Varsavia profecti Capucini, notum est epistula 6 X 1682 a Carolo Barberini, Regni protectore, petiisse regem, ut duo alii in Poloniam mitterentur; cfr. BV, Barb.Lat. 6622 f. 107r

⁸⁶³ Capucinis, qui in Poloniam venerunt, Iacobus a Ravenna praeerat commissarius.

[v] Questo Sig. Tesoriere⁸⁶⁴ è andato a Cracovia per un mese a cagione d'una certa commissione, e Madama è andata seco per portarsi a Cestokovia [Częstochowa].

La Corte non verrà qui prima di Luglio, e Dio sa se anco in l'hora, per la lentezza in tutte le cose. Altro non so degno di esser portato a notitia di V.ra Eminenza, alla quale fo profondissimo inchino. Varsavia, 27 Maggio 1682.

Di V.ra Eminenza

(a-humilissimo etc.

Opizio Arcivescovo d'Efeso^{a)})

^{a-a)} *Autographum.*

N. 1318.

Opitius Pallavicini

Casimiro Muratowicz, parcho Stanislavoviensi nationis Armenae

Varsaviae, 29 V 1682.

Facultatem ei, Stanislavoviensi⁸⁶⁵ parcho, concedit absolvendi ab haeresi et casibus reservatis praeter qui bulla Coena Domini continentur, concedit.

Summarium in cancellaria confectum: AV, Arch.Nunz.Varsavia 177 f. 103v.

N. 1319.

Opitius Pallavicini

Francisco Dylinski, dioecesis Posnaniensis

⁸⁶⁴ Ioannis Andreae Morsztyn ab a. 1659 uxor Catharina Gordon, gente Scoti, marchionis Huntley filia, Ludovicae Mariae reginae quondam aulica.

⁸⁶⁵ Stanislavovia (Stanisławów), oppidum ad Leopoli orientem situm, sexto saeculi XVII decennio a Andrea Potocki († 1691), palatino Cracoviensi, castellaneo dein Cracoviensi Regnique campiductore, locatum. Structa est illic ab eodem Andrea praeter ecclesiam parochialem, que a. 1669 ad collegialem sublata dignitatem et Armenorum ecclesia lignea Assumptionis BMV titulo; cfr A. Przyboś, *Potocki Andrzej*, in: PSB XXVII, p. 773-778; SGKP XI, p. 194.

Varsaviae, 29 V 1682.

Concedit ei dispensationem extra tempora ad diaconatum et presbyteratum, ob necessitatem ecclesiae in Strzelce⁸⁶⁶, dioecesis Posnaniensis.

Summarium in cancellaria confectum: AV, Arch.Nunz.Varsavia 177 f. 104r.

N. 1320.

**Card. Alderanus Cybo
Opitio Pallavicini**

Romae, 30 V 1682.

Allatum sibi esse nuntiat fasciculum 29 IV 1682⁸⁶⁷, huius autem contenta certe pontifici placuisse confirmat.

Reg.: AV, Segr.Stato, Polonia 185 f. 28r.

N. 1321.

**Card. Alderanus Cybo
Opitio Pallavicini**

Romae, 30 V 1682.

Litteris ciphritis 29 IV 1682 datis, quibus de subventionibus a Gallicis Hungaricis rebellibus traditis tractatur, respiciens, summam in re nuntio cautelam vigilantiamque commendat.

Reg. cifre: AV, Segr.Stato, Polonia 94 f. 56r.

⁸⁶⁶ Strzelce, cfr notam 729, p. 289.

⁸⁶⁷ Cfr N. 1257-1261.

A 30 Maggio 1682.

Al medesimo.

E' di molta importanza l'avviso che V.ra Signoria Ill.ma ha dato questa volta con sua cifra⁸⁶⁸ delli 16 mila ongari, traghettati in Ungheria e de' sentimenti di cotesto Re verso la Francia. Non lasci di star sul negotio per risapere il tutto.

N. 1322.

**Card. Alderanus Cybo
Opitio Pallavicini**

Romae, 30 V 1682.

Veniam, prout domo praepositorum Vladislaviensium uti posset, Stanislao Dąbski, epo Plocensi a pontifice concessam esse confirmat, Ioanni autem Stanislao Witwicki, Luceoriensi nominato, ut abbatiam Benedictinorum Plocensium commendatoriam retineret, datam.

Reg.: AV, Segr.Stato, Polonia 185 f. 28r-v.

Al medesimo.

Nos autem attendentes, quod, ut eadem expositio subiungebat, iidem Albertus et Batholomaeus mutuo reconciliati sint, supplicationibus ipsius pro parte factis benigne annuentes eundemque Albertum a quibusvis excommunicationis etc. censentes Ill.mae et Rev.mae seu respective Rev.mae Dominationi V.rae per praesentes committimus, quatenus eundem Albertum a supradicta censura, imposita eidem pro qualitate facti poenitentia salutari etc. ^(a-Datum Varsaviae etc., die 8.a Junii 1682.-a) ^(b-Reliquum sequitur, ut retroversis fol. 6 in commissione simili pro D.no Pawłowski, Vicario Chruslinensi expedita⁹²⁹.-b)

^{a-a)} *In margine adscriptum.*

^{b-b)} *Linea subductum.*

N. 1343.

Opitius Pallavicini

Adamo Styrkowski et Casimiro Bielecki, dioecesis Cracoviensis

Varsaviae, 9 VI 1682.

Concedit eis, Adamo Styrkowski⁹³⁰ Casimiroque Bielecki, ad omnes sacros ordines dispensationem, ob necessitates Collegiatae Tarnoviensis ac in Dąbrowa⁹³¹ ecclesiae.

Summarium in cancellaria confectum: AV, Arch.Nunz.Varsavia 177 f. 106r.

N. 1344.

**Opitius Pallavicini
Bonaventurae Gierakowski OFMConv., regenti studii Calissiensis**

Varsaviae, 9 VI 1682.

Concedit ei facultatem absolvendi ab haeresi et casibus Sedi Apostolicae reservatis et libros legendi prohibitos.

Reg.: AV, Arch.Nunz.Varsavia 177 f. 106r.

Dicta die [9 VI 1682]. Licentia absolvendi ab haeresi casibus reservatis et legendi libros prohibitos concessa admodum Rev.do Bonaventurae Gierakowski⁹³², Regenti Studii Calissiensis, Ordinis Minorum Conventualium Sancti Francisci ^(a-in forma, sicut pro D.no Eveylard⁹³³, fol. retroversis 8-a) ^{(b-dempta fuerunt verba: vel etiam ipsis impetrantibus in toto vel in parte remissis^b), duratura ad tempus legationis.}

a-a) *Linea subductum.*

b-b) *Supra subscriptum.*

⁹³⁰ Adamus Styrkowski († 1715), philosophiae doctor, a 1 V 1682 cantor Tarnoviensis; cfr Herzig, p. 21.

⁹³¹ Forsitan de Dąbrowa Tarnowska, praepositura in Tarnoviensi sita sermo, cfr Litak, p. 208.

⁹³² Mense iam Martio 1681, cum regentis studii Calissiensis munere fungebatur, similis licentia Bonaventurae Gierakowski est concessa; cfr ANP XXXIV/1, N. 301.

⁹³³ Cfr N. 1276.

N. 1345.

Opitius Pallavicini**Nicolao Oborski, suffraganeo et officiali generali Cracoviensi**

Varsaviae, 9 VI 1682.

Comitit ei, ut cum Andrea Kudetkowitz, capellae regiae Rorantia ecclesiae cathedralis Cracoviensis praebendario, super irregularitate dispenset, qui excommunicatus celebraverit.

Reg.: AV, Arch.Nunz.Varsavia 177 f. 106v-107r. F. 106v, in margine: "Commissio dispensandi super irregularitate".

Opitius etc.

Dilecto Nobis in Christo Perillustri et Rev.mo D.no Suffraganeo et Officiali generali Cracoviensi salutem etc.

Expositum Nobis fuit pro parte dilecti Filii Venerabilis Andreae Kudetkowitz, Presbyteri dioecesis Cracoviensis, Capellae Regiae Rorantia dictae in Ecclesia Cathedrali Cracoviensi Praebendarii, qualiter ipse ad instantiam Rev.di Nicolai Pieskowitz, domus Praebendariorum praedictae Capellae Senioris et Instigatoris Officii Ordinarii ad Iudicium Consistoriale Cracoviense in causa occasione temerarii recessus a beneficio praebendae suae, et commissarum negligentiarum sibi incumbentium evocatus, et praevia citatione et monitione in contumaciam excommunicatus sacrificium missae celebraverit, aliaque Divina nunquam tamen in contemptum clavium exercuerit, taliq̄o facto irregularitatem incurrerit, et iam ab uno circiter quartuali a sacris altaribus semotus extiterit. Cum autem de praemissis plurimum doluerit et doleat, cupiatque dispensationis gratiam sibi misericorditer impendi. Idcirco Nobis humiliter supplicari fecit, quatenus se cum de benignitate Apostolica dispensare dignaremur.

Nos dolorem, ut praefertur, ex praemissis conceptum attendentes, eiusque statui et conscientiae consulere volentes, ipsumque Venerabilem Andream a quibusvis etc. censentes, Dominationi V.rae Rev.mae, de qua plurimum in Domino confidimus per praesentes committimus, quatenus imposita pro qualitate admissi criminis (habito tamen intuitu ad eam, quam iam occasione eiusdem excessus obivisset) poenitentia salutari, et dummodo vitae morumque probitas, et alia merita ipsi suffragentur, cum eodem Andrea super praedicta irregularitate, autoritate N.ra Apostolica dispenset, omnemque irregularitatis maculam abstergat et aboleat, ita ut ea non obstante, si nullum aliud ei obstet impedimentum, Altissimo in altaris ministerio

ministrare et sacrificium Deo offerre possit, ac quaecunque beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura, dummodo ei canonice conferantur, nec plura sint, quam quae iuxta Sacri Concilii Tridentini decreta permittuntur recipere et retinere libere et licite valeat.

Volumus autem Venerabilem Andream praedictum praesentium literarum gaudere non posse suffragio, nisi obtenta [107r] (quatenus nondum obtinuerit) absolutione ab excommunicatione praedicta, paritoque iudicato, et parte prout de iure satisfacta. Non obstantibus etc. In quorum fidem etc. Datum Varsaviae ex Palatio N.ro Apostolico, die nona, mensis Iunii, anno Domini 1682.

N. 1346.

Opitius Pallavicini Nicolao Oborski, suffraganeo et officiali generali Cracoviensi

Varsaviae, 9 VI 1682.

Comittitur ei, ut intra dies quadraginta Francisci Lesnowic statum, si plurimis ille beneficiis (quae Irządz ac Minoga parochiis praeposituraeque collegiali Pilicensi consistunt) onerari possit, investiget.

Reg.: AV, Arch.Nunz.Varsavia 177 f. 107r.

Die 9.a. Commissio inquisitionis ac examinis in ordine ad dispensandum cum Illustri et admodum Rev.do Francisco Lesnowic super pluralitate beneficiorum directa ad Perillustrem et Rev.mum D.num Suffraganeum et Officialem Generalem Cracoviensem, ut se informet super beneficiis Irządce Sancti Venceslai et Visitationis B.mae Mariae Virginis Minoga⁹³⁴ Ecclesiarum Parochialium ac Praepositurae in Collegiata Ecclesia Pilecensi, relationemque faciat, cum solitis clausulis, iniuncto, ut hoc fiat intra 40 dies a data presentium computandos. Bulla seu literae Apostolicae non inseruntur, quia per transumptum fuerunt oblatae illudque mendosum, post relationem factam, debebunt (si dispensatio concedetur) inseri detenutae.

⁹³⁴ Irządze, pagus; cfr notam 170, p. 64. Martinum Sowiński, cui die 27 I 1682 dispensatio "extra tempora ad diaconatum et presbyteratum" concessa est, verisimile eodem in pago vicarium fieri posse, cfr N. 1057. Minoga, pagus ad Cracoviae septentrionem Skalensi in decanatu situs.

N. 1347.

Opitius Pallavicini
card. Alderano Cybo

Varsaviae, 10 VI 1682.

*Allatum sibi esse significat fasciculum 16 V 1682 datum*⁹³⁵.

Or.: AV, Segr.Stato, Polonia 100 f. 187r.

N. 1348.

Opitius Pallavicini
card. Alderano Cybo

Varsaviae, 10 VI 1682.

Pallettoni abbatem, ut rerum regis curator Romae fieri possit, quod munus abbate Ranuntio Baschi ad Semigalliensem nominato vacat dioecesim, Ioanni III se commendaturum et simili modo Andream Bacci doctorem aepo Gnesnensi, ut rerum in Curia curatorem illum eligat, suasurum esse confirmat.

Or.: AV, Segr.Stato, Polonia 100 f. 188r-v.

Eminentissimo e Rev.mo Signor *etc.*

Due commandi ricevo dall'Eminenza V.ra con occasione della vacanza di varie agentie di questo Regno, e principalmente di quella del Re, seguita per la provisione del Sig. Abbate Baschi⁹³⁶ della Chiesa di Senegaglia. Il primo in favore del Sig. Abbate Pallettonio⁹³⁷ per l'agentia regia, et il secondo a favore del Sig. Dottor Andrea Bacci per quella di Mons. Arcivescovo di Gnesna. Io, quanto all'una e l'altra, farò le mie parti, ma spiace mi quanto al primo che la Maestà Sua è stata già prevenuta, sendo prima di questo corriere giunto l'avviso che fosse per vacare l'agentia sudetta, se bene non so ancora

⁹³⁵ Cfr N. 1291-1295.

⁹³⁶ Ranuntius Baschi, Ioannis III regis et aliorumque Poloniae praelatorum potentiorumque Romae rerum curator, a Iunio 1682 Semigalliae epus; cfr ANP XXXIV/3, notam 5, p. 366.

⁹³⁷ Palettonio abbas, cfr notam 799, p. 294.

se vi sii impegno. E rimettendomi a [188v] quel che scriverò in appresso fatto ch'haverò maggior scoperta e le mie parti in ordine al Sig. Bacci, all'Eminenza V.ra fo humilissimo e profondissimo inchino. Varsavia, 10 Giugno 1682.

Di V.ra Eminenza

(^a-humilissimo etc.
Opizio Arcivescovo d'Efeso^a)

^{a-a}) *Autographum.*

N. 1349.

Opitius Pallavicini
card. Alderano Cybo

Varsaviae, 10 VI 1682.

*Cardinalis favorem, quo ille Stanislai Hyacinthi Świącicki, epi Chel-
mensis conatus, ne plura clericis committantur beneficia, secuturus, certe se
epo communicaturum promittit, cui et ipse auxilium libenter praestet.*

Or.: AV, Segr.Stato, Polonia 100 f. 189r-v.

Eminentissimo e Rev.mo Signor etc.

Mi commanda V.ra Eminenza con una sua de' 16 Maggio⁹³⁸ che nel trasmettere a Mons. Vescovo di Chelma la risposta che le dà sopra l'istanza fattale dallo stesso Prelato, per l'assistenza e favore nell'intento di svellere l'abuso della pluralità de' beneficii che regna così nella sua Diocesi, come in tutte le altre del Regno, gl'esibisca l'opera mia per tutto ciò che può contribuire all'effetto et inoltre m'ordina, che secondo i casi che succederanno m'informi se i beneficii di quella Diocesi siin sufficienti ciascheduno da sé per alimentare il possessore, come asserisce Mons. Vescovo.

Io sono prontissimo all'esecuzione di questo commandamento, per il debito che mi corre d'ubbedire in tutto e per il [189v] genio di cooperare all'estirpatione d'uno abuso, che ha poste altre radici nel Settentrione e si è sparso da per tutto. Se Monsignore riuscirà nell'opere et in effetto, quale si mostra nell'animo, quanto a questo che rappresenta sarà degno di somma

⁹³⁸ Cfr N. 1293.

lode e commendatione, per darle le quali converrà attendere quello che farà. Intanto all'occasione non mancherò d'informarmi di quel che se m'ingiunge. Et all'Eminenza V.ra fo humilissimo e profondissimo inchino. Varsavia, 10 Giugno 1682.

Di V.ra Eminenza

(^a-humilissimo etc.
Opizio Arcivescovo d'Efeso^a)

^{a-a}) *Autographum.*

N. 1350.

"Avviso"

**ab Opitio Pallavicini
ad Secretariam Status transmissum**

Varsaviae, 10 VI 1682.

Novas novissime de Demetrio Georgio Wiśniowiecki, Regni campiductore magno castellaneoque Cracoviensi, mortuo refert allatas et quis tum huic cum MDL campiductori (Aprili enim mense Michael Pac diem obiit supremum) successurus deliberat. Dein Moscovia nuntiari novis duces magnum, etsi invitis fiat boiaris, studere rebus, Artemonem autem Matveev exulem ab illo revocatum: plura in Moscovitarum aula commutanda hanc ob causam suspicari potest.

Or.: AV, Segr. Stato, Polonia 100 f. 191r-193v.

Varsavia, 10 Giugno 1682. Foglio a parte.

Da più bande si ha avviso che il Duca Demetrio Visnioviez⁹³⁹, Gran Generale del Regno e Castellano di Cracovia, sii morto e la notizia si ha per vera, benché quelli che erano presso Sua Eccellenza non lo scrivino. Si stima che per particolari fini si procuri di tenerla celata per qualche giorno, ma è un vano tentativo, trattandosi d'una persona grande e collocata in sì alto

⁹³⁹ Demetrius Georgius Wiśniowiecki († 28 VII 1682), Regni campiductor 1668-1676, ab anno autem 1676 Regni campiductor magnus, dein ab anno 1681 castellaneus Cracoviensis. Hic primum Mariannam Zamoyska, dein autem anno 1671 Theophilam de domo Ostrogska Zaslawska, sororis regiae filiam duxit; cfr Niesiecki IX, p. 360-361; *Urzednicy centralni...*, p. 43, 47. Praematurae tandem de huius morte novae, qui 28 VII 1682 tantum obiit.

grado, onde si tira a sé gl'occhi e la consideratione di tutti. In poche settimane mancano i due supremi capi dell'armata del Regno e di Lituania⁹⁴⁰, accidente strano e raro quando la morte segua per infermità naturale, come è succeduto hora.

Della morte di quel di Lituania fu creduto che la Corte non dovesse haverne molto disgusto, ma di [191v] questa di Gran Generale del Regno si giudica il contrario. Era questo nipote del Re, havendo sposato in seconde nozze la figlia della Duchessa di Ratzville, sorella di Sua Maestà. In oltre conviene che le succeda nel posto il Generale di Campagna Stanislaò Jablowski, Palatino di Russia, ch'è persona quale ha grand'aura nell'armata e gran credito e stima presso la nobiltà, cose tutte che fanno nascere delle gelosie.

Questo personaggio è un de' quelli, che vengan giudicati de' più degni della Corona quando vacasse e si havesse in animo d'elegere un Piasto. Hor sendo congiunta al credito et alla stima la potenza che le darà il Supremo Generalato, non potria che diffcultare [192r] molto e mettere in dubio l'electione del Principe, figlio del Re⁹⁴¹. Queste cose, secondo il corso della natura, doveriano essere lontane e per ciò soggiacere a molti accidenti e variationi di cose, non è però che non tirino a sé la consideratione e cagionino sollecitudine a chi v'ha interesse.

La dichiarazione del Gran Generale di Lituania non seguì, come si avvertì ne' fogli passati, nonostante che qualcheduno della Corte scrivesse essere fatta in persona del Sapia⁹⁴², Generale di Campagna di Lituania, ma come si tien per certo che l'electione di quel di Polonia caderà nel Generale di Campagna, l'istesso si crede per quel di Lituania e che la dichiarazione si differisca solo per alcuni fini.

[192v] L'ultime lettere di Moscovia portano che il Czar, havendo osservato che fra i suoi Consiglieri supremi, che chiamano Boiari, vi fossero gran contese per cagione delle prerogative di sangue e nascita, e che l'un pretendeva sopra l'altro, havesse ordinato che le fosse portato un libro publico, nel quale venivano autenticamente notate le genealogie e li gradi delle famiglie principali del suo Stato, e che in presenza di quelli che havevano fra sé contrasti di tal natura, l'havesse fatto ardere et insieme comandato che si formasse un nuovo libro a fin che nell'avvenire si notino in quello le persone che possiedano o possederanno cariche publiche⁹⁴³. Che al popolo, quale vede volentieri humiliati i Boiari, era piaciuto la resolutione, [193r] dispiaciuta però generalmente alli medesimi Boiari, che per voler crescere fra loro, erano stati tutti abbassati e toltole il modo di poter mostrare i propri pregi.

⁹⁴⁰ Michael Casimirus Pac, MDL campiductor magnus die 4 IV 1682 est mortuus.

⁹⁴¹ Iacobus Sobieski, regis filius primogenitus.

⁹⁴² Casimirus Ioannes Sapieha, MDL campiductor.

⁹⁴³ Mense Ianuario 1682 privilegiorum usus (mestničestvo) a duce Theodoro deletus. Novae autem, avvisis allatae, rebus Ianuario peractis respiciebant.

Le sudette lettere indicano essere imminente qualche notevole cambiamento in quel governo, sendo stato richiamato dall'esilio verso Astracan l'Artamone⁹⁴⁴, huomo di gran capacità e che ha havuto gran maneggio vivente il Padre del presente Czar, et al quale sono infensi i favoriti d'hoggi dì.

Il Gran Cancelliere⁹⁴⁵ dice d'haver d'Ungheria che il matrimonio del Techeli⁹⁴⁶ colla Principessa Ragozzi sii stato fatto in un suo castello, ove è la guarnigione imperiale. Che corresse voce in Ungheria che l'Abaffi dovesse [193v] essere deposto e surrogatole il Techeli, quale per meglio radicarsi procureria l'aggradimento di Cesare.

N. 1351.

Opitius Pallavicini

card. Francisco Buonvisi, nuntio apostolico Vindobonae

Varsaviae, 10 VI 1682.

Allatas sibi esse dicit litteras 1 VI 1682 datas, quibus eo magis gavisus, quo simili de Stephani Wierzbowski, epi Posnaniensis, propositis opinione eum seque ipsum uti cognovit. De Demetrii Georgii Wiśniowiecki, Regni campiductoris magni morte novas affert ac de possibilitate, ut dignitate vacata Stanislaus Ioannes Jabłonowski, Russiae palatinus, ornetur et quae huius secutura successionem, disserit. Campiductoris dein MDL magni munus semper vacans significat ac de tumultu Moscoviam agitante refert.

Or.: AS Lucca, Arch.Buonvisi II parte, filza 51 n. 114.

Eminentissimo e Rev.mo Signor etc.

Ricevo la benignissima di V.ra Eminenza del primo Giugno⁹⁴⁷, nella quale si compiace dirmi i suoi sensi circa quello che l'havevo scritto sopra il

⁹⁴⁴ Artamon Sergeevič Matveev (ca 1607-V 1682), boiarus, res Moscovitarum exteras ab anno 1671 gerebat, et duce Alexi Michailovič sene summam exercebat potestatem. Alexi mortuo potestatem perdidit et in septentrionem est pulsus, quibus a locis Martha Apraxina, altera ducis Theodori uxore, petente revocatus bona potestatemque sibi vindicavit. Maio 1682 tamen Theodore iam mortuo Moscoviam revertiit, ubi tumultu eodem tempore exorto necatus; cfr Solov'ev XIII, p. 812, 888, 897, 900.

⁹⁴⁵ Ioannes Wielopolski, Regni cancellarius.

⁹⁴⁶ Medio Iunio 1682 arce in Mohacz, quae in Hungaria Superiori sita, Helenam, ducis Rakoczy viduam Emericus Thököly duxit uxorem; cfr Fessler IV, p. 389.

⁹⁴⁷ Cfr N. 1325.

discorso fattomi da quel Prelato⁹⁴⁸, nel quale m'espose il scritto a V.ra Eminenza. Ho goduto di vedere che qualche mie considerationi [sic!] non siin spiaciute all'Eminenza V.ra, come essa penso che goderà nel vedere verificate le sue congetture da quel che son certo che il medesimo Prelato scrisse in piedi della lettera di V.ra Eminenza, come la ragguagliai la posta passata.

Non è stato dichiarato il Gran Generale di Lituania, come avvertii nel postscritto, et hora non vaca quel solo, ma anco quello del Regno. S'ha per certa la [v] morte del Duca Demetrio⁹⁴⁹, hor questa, come penso, cagionerà qualche senso alla Corte, perché non potendosi a meno d'avanzare il Palatino di Russia⁹⁵⁰ a questo grado, non credo che si habbi a caro che egli cresca in potenza et autorità, sendo molto avanzato in credito e stima. Altre volte c'era gelosia di gloria, hora puol essere di qualche cosa di più se succedesse qualche morte.

Le lettere di Moscovia portano che fra il Czar et i Boiary v'eran stati de' disgusti considerabili e che veniva richiamato Artamone⁹⁵¹, che potria tenere il posto di primo ministro.

[r] Il godimento della recuperata salute del Sig. Duca di Lorena è molto vacillante.

So che piacerà che il Piccinardi s'allontani sempre più. Et all'Eminenza V.ra fo humilissimo e profondissimo inchino. Varsavia, 10 Giugno 1682.

Di V.ra Eminenza

(a-humilissimo etc.
Opizio Arcivescovo d'Efeso^a)

^{a-a)} *Autographum.*

N. 1352.

Opitius Pallavicini

**Gasparo Cieński, decano et Ioanni Komecki, custode ecclesiae
cathedralis Cracoviensis**

Varsaviae, 10 VI 1682.

⁹⁴⁸ Stephanus Wierzbowski, epus Posnaniensis, cfr N. 1325.

⁹⁴⁹ Cfr N. 1350 et notam 939, p. 352.

⁹⁵⁰ Stanislaus Ioannes Jabłonowski, Regni campiductor ac Russiae palatinus.

⁹⁵¹ Cfr N. 1350 et notam 944, p. 354.

Conventuum ordinis Beatorum Martyrum sub titulo Divi Augustini militantium Cracoviensis Trzcianensisque visitationem utroque comittit, qua commissione omne prius in re datum nullificatur decretum.

Reg.: AV, Arch.Nunz.Varsavia 177 f. 106r-v.

Die 10 [VI 1682]. Commissio visitandi monasteria Ordinis Beatorum Martyrum sub titulo Divi Augustini militantium Cracoviae tituli Sancti Marci, et in Trzciana tituli Sanctae Margarethae⁹⁵², in dioecesi Cracoviensi sita, (a-in forma, uti fol. 61 addito⁹⁵³: post verba: derogatum volumus per praesentes-a) [106v] quamcunque similem commissionem de praedictis monasteriis ut supra visitandis alteri cuicumque per Nos datam revocantes etc., directa ad Perillustres et admodum Rev.dos D.nos Decanum⁹⁵⁴ et Custodem⁹⁵⁵ Ecclesiae Cathedralis Cracoviensis.

a-a) *Linea subductum.*

N. 1353.

Opitius Pallavicini Martino Wycieski, dioecesis Cracoviensis

Varsaviae, 10 VI 1682.

Dispensationem ei ad diaconatum et presbyteratum extra tempora concedit, ob necessitatem ecclesiae collegiatae Sandomiriensis.

Summarium in cancellaria confectum: AV, Arch.Nunz.Varsavia 177 f. 106v.

⁹⁵² Beatorum Martyrum sub titulo divi Augustini militantium conventus duo, Cracoviae Trzcianaeque, cfr ANP XXXIV/3, notas 86 et 87, p. 34. Ioanne Małachowski epō Cracoviensi horum de monachis per litteras querente petitum est a Congregatione Epōrum et Regularium, ut controversiarum causas nuntius investigaret; cfr N. 1163 et A. 11.

⁹⁵³ Nicolao Oborski, suffraganeo Cracoviensi, die 26 VII 1681 nuntius, ut Beatorum Martyrum sub titulo divi Augustini militantium conventus duo, Cracoviensem Trzcianensemque, visitaret comisit; cfr ANP XXXIV/3, N. 648.

⁹⁵⁴ Caspar Cieński († 1703), canonicus Gnesnensis 1660-1665, canonicus Cracoviensis 1665-1679, ab a. 1679 decanus Cracoviensis; cfr Korytkowski, *Prataci...* II, p. 137-138.

⁹⁵⁵ Ioannes Komecki († 1706), canonicus Plocensis, canonicus (1677) ac custos dein Cracoviensis; cfr Łętowski III, p. 153.

N. 1354.

Opitius Pallavicini
Francisco Milzynski, archidiacono ecclesiae cathedralis
Posnaniensis

Varsaviae, 11 VI 1682.

Licentiam ei absolvendi ab haeresi concedit.

Summarium in cancellaria confectum: AV, Arch.Nunz.Varsavia 177 f. 107r.

N. 1355.

Opitius Pallavicini
Alberto Morawski, dioecesis Posnaniensis

Varsaviae, 12 VI 1682.

Dispensationem ei ad diaconatum et presbyteratum extra tempora concedit, ob necessitatem ecclesiae Promnensis⁹⁵⁶.

Summarium in cancellaria confectum: AV, Arch.Nunz.Varsavia 177 f. 107r.

N. 1356.

Card. Alderanus Cybo
Opitio Pallavicini

Romae, 13 VI 1682.

Fasciculo 13 V 1682⁹⁵⁷ dato Romam allato magno cum gaudio pontificem nuntii gesta cognovisse affirmat.

Reg.: Segr. Stato, Polonia 185 f. 30v-31r.

⁹⁵⁶ Promna, pagus decanati Varcensis, ad Warka oppidi orientem situs australem; ecclesia illic parochialis sanctae Mariae Magdalenaee titulo; cfr Łukaszewicz III, p. 197-198.

⁹⁵⁷ Cfr N. 1287-1288.

N. 1357.

**Card. Alderanus Cybo
Opitio Pallavicini**

Romae, 13 VI 1682.

Petitur esse a Catharina Michaelis Casimiri Radziwiłł vidua, ut debiti a duce olim apud Cameram contracti denuo deferretur solutio; hac de re ineunte se hebdomada responsurum promittit.

Reg.: AV, Segr. Stato, Polonia 185 f. 31r.

Al medesimo.

Se dalla Sig.a Duchessa Radzivil⁹⁵⁸ che ha fatta qua istanza per qualche dilazione di tempo al pagamento del denaro, di cui fu qui accommodato d'ordine di N.ro Signore il Sig. Duca, suo consorte di buona memoria, verrà dato a V.ra Signoria Ill.ma alcun cenno in tal proposito, potrà risponder alla medesima Signora ch'io non lascerò di servirla appresso la Santità Sua e che col seguente ordinario ne porterò ad essa anche il rincontro. Et auguro a V.ra Signoria Ill.ma dal Signore copiose prosperità. Roma, 13 Giugno 1682.

N. 1358.

**Card. Alderanus Cybo
Opitio Pallavicini**

Romae, 13 VI 1682.

Petitur esse a Martino Zamoyski, palatino Braclaviensi, ut commissio, a qua huius cum Stanislao Hyacintho Świącicki epo Chelmensi componerentur controversiae, a pontifice institueretur; huic petitioni brevi adiuncto responditur. Si tamen sine auxilio palatinus epusque ad concordiam pervenire possint, magno illud pontifici gaudio fore significat.

Reg.: AV, Segr. Stato, Polonia 185 f. 31v-32r.

⁹⁵⁸ Catharina de domo Sobieska Radziwiłł, Michaelis Casimiri ducis vidua, litteris mense Martio 1682, ut debiti a duce contracti deferretur solutio, petebat; cfr N. 1163, 1164. Dein et epistula 22 IV 1682 Alderano Cybo missa eadem de re tractabat; cfr AV, Segr.Stato, Principi 109 f. 101r-v.

Al medesimo.

Scrisse a N.ro Signore il Sig. Palatino Blezoviense [Braclaviense] di Casa Zamuschi⁹⁵⁹, dolendosi di molti agravii fattigli negl'interessi e nell'onore da Mons. Vescovo di Chelma⁹⁶⁰, e supplicò per qualche commissione a due Vescovi di Polonia che dovessero formarne processo e riferirlo poi a Sua Santità, accioch'egli venisse sodisfatto.

Risponde Sua Santità con l'aggiunto breve credentiale⁹⁶¹ in V.ra Signoria Ill.ma, la qual potrà fare intendere al Sig. Palatino che la Santità Sua sarà pronta sempre non solo ad amministrargli giustizia in simili casi, ma a compartirli grazie in tutti quelli che possono riguardar le prosperità e le sodisfazioni di lui e della sua nobilissima Casa, tanto benemerita della Patria e della Religione. Ma che fra tanto avrebbe Sua Beatitudine più caro che per via di amicabile compositione conseguisse le sue giuste sodisfazioni dal detto Prelato⁹⁶², affinché possano poi unitamente [32r] contribuire l'opra e 'l consiglio a difesa della Polonia in tempi di tanto pericolo.

Rendendosi egli facile a questo invito, V.ra Signoria Ill.ma non sia lenta nell'intraprenderne il trattato, come il zelo e l'attenzione sua promette, e come fa concepir speranza di buon successo la solita sua destrezza. E prego etc. Roma, 13 Giugno 1682.

N. 1359.

Opitius Pallavicini

**Stanislao Carolo Grabiński, vicario in spiritalibus et officiali
generali archidioecesis Gnesnensis**

Varsaviae, 13 VI 1682.

Alexandro Madaliński super pluralitate beneficiorum dispensationem, ut sibi concederetur, petente, comittit ei, ut canoniae Gnesnensis, quo beneficio ille utitur, redditus summa cum diligentia investiget.

Reg.: AV, Arch.Nunz.Varsavia 177 f. 107r.

⁹⁵⁹ Martini Zamoyski, palatini Braclaviensis ad pontificem epistula 30 III 1682 data; cfr notam 341, p. 124.

⁹⁶⁰ Stanislaus Hyacinthus Świącicki, epus Chelmensis.

⁹⁶¹ Breve Martino Zamoyski die 13 VI 1682 datum; cfr Berthier II, p. 38.

⁹⁶² Controversiae inter Zamoyski palatinum Stanislaumque Hyacinthum Świącicki epum exarsae a rege 8 VIII 1682 tantum sunt compositae, cfr notam 344, p. 125.

Die 13 [Iunii 1682]. Commissio inquisitionis etc. in ordine ad dispensandum super pluralitate beneficiorum cum Perillustri et admodum Rev.do D.no Alexandro Madalinski⁹⁶³, directa ad Perillustrem et Rev.mum D.num Vicarium in spiritualibus et Officialelem Generalem Archiepiscopatus Gnesnensis⁹⁶⁴, ut se informet, quantum attinet ad canonicatum Ecclesiae Metropolitanæ Gnesnensis, relationemque etc. faciat, ^(a-cum solitis clausulis-a) iniuncto eidem D.no Madalinski, ut praedictam relationem praesentet intra dies quinquaginta a data praesente computandos. Bulla de tenore non inseritur, quia retroversis foliis 4. est inserta in simili commissione directa ad Perillustrem et Rev.mum D.num Suffraganeum et Administratorem Generalem Episcopatus Plocensis⁹⁶⁵ pro parte eiusdem D.ni Madalinski.

^{a-a)}*Subductum.*

N. 1360.

**Card. Angelus Paluzzo Paluzzi degli Alberoni-Altieri, praefectus
S. Congregationis de Propaganda Fide
Opitio Pallavicini**

Romae, 15 VI 1682.

Quae Leopoli apud Armenos gestis nuntii adepta, comprobata, cum et Christi nativitatem una cum catholicis secundum Gregorianam temporum rationem celebrare coeperunt et aedificii Collegio Pontificali destinati donationem, velut ab eodem proposita, acceperunt.

Reg.: APF, Lettere 71, I parte, f. 40v - 41r.

A Mons. Nuntio in Polonia, li 15 Giugno 1682.
Armeni^{a)}

Ha V.ra Signoria con tanto valore e prudenza ridotto a fine li due importantissimi affari con li Consoli Armeni di Leopoli, l'uno di correggere l'errore loro intorno alla celebratione del Natale, riducendola all'uso del nuovo calendario, e l'altro d'[41r]haverli obligati a convalidare la donazione fatta

⁹⁶³ Aleksander Madaliński.

⁹⁶⁴ Stanislaus Carolus Grabiński, vicarius in spiritualibus et officialis generalis Gnesnensis; cfr ANP XXXIV/3, notam 383, p. 135.

⁹⁶⁵ Cfr N. 1308.

della casa, nella quale presentemente è il Collegio Pontificio⁹⁶⁶, che oltre alle molte lodi che se le sono date da tutti questi Eminentissimi miei Signori, hanno voluto habbia un vero testimonio del loro pieno gradimento, con sicurezza che la Sacra Congregazione sia per confermarglielo in tutte le occasioni.

Ond'io col secondare l'intentione dell'Eminenze Loro, le aggiungo le più cordiali espressioni del desiderio che tengo di servirla. E Nostro Signore la prosperi.

^{a)} *In margine annotatur.*

N. 1361.

**Card. Angelus Paluzzo Paluzzi degli Albertoni-Altieri, praefectus
S. Congregationis de Propaganda Fide
Opatio Pallavicini**

Romae, 15 VI 1682.

Facultatem ei, ut sex Collegii Armenorum Leopoliensis studiosos ordinare posset, concessam esse confirmat, qua de re cito breve secuturum promittit. Suadente autem necessitate ac nisi Armenis invitis fiat (Latini enim ritus sit ordinans) alterum quendam praelatum eadem induere possit facultate.

Reg.: APF, Lettere 71, I parte, f. 42r-v.

A Mons. Nuntio di Polonia, li 15 Giugno 1682.

Armeni.^{a)}

Per provvedere sollecitatamente alle parrocchie d'Armeni che nella Diocesi di Leopoli si trovano vacanti e togliere [42v] quei popoli l'occasione di ritornare allo scisma e servirsi de' sacerdoti di Valachia, attesa la difficoltà d'haver soggetti idonei sono benignamente condescesi questi Eminentissimi miei Signori⁹⁶⁷, con l'approvazione di N.ro Signore, di concedere a V.ra Signoria la facoltà d'ordinare anco a titolo di missione li sei alunni del Collegio di Leopoli, che ella avvisa essere idonei et habili al bisogno, con potestà parimente di comunicarle ad altro Prelato nel caso che quegli Armeni s'ac-

⁹⁶⁶ Cfr N. 1000.

⁹⁶⁷ Haec ut sibi facultas concederetur, epistulis 29 IV 1682 datis Opatius Pallavicini petivit, cfr N. 1262.

commodassero all'ordinationi da farsi da vescovi di rito Latino, e secondo stimerà espediente la somma prudenza di V.ra Signoria, alla quale si manderà il breve opportuno subito spedito. E me le offero.

^{a)}*In margine annotatur.*

N. 1362.

**Eduardus Cybo, secretarius S. Congregationis de Propaganda Fide
Opitio Pallavicini**

Romae, 15 VI 1682.

Imponit ei, ut de obstaculis laboribusque, quibus missionarii in Moldavia Valachiaque opprimuntur, certiozem Congregationem faciat ita, ut re cognita subsidia Antonio Angelini, missionis praefecto, qui viginti iam annos his in terris commorans in Italiam reverti voluit, tribui possint.

Reg.: APF, Lettere 71, II parte, f. 149r-v.

A Mons. Nuntio di Polonia, li 15 Giugno 1682.
Moldavia^{a)}

Havendo riferito in questa Sacra Congregazione l'istanza che fa il Padre Angelini⁹⁶⁸, Prefetto di Moldavia, di partire dopo il servitio di vent'anni e d'esser soccorso con qualche sussidio, atteso le sue indisposizioni e povertà, ho incontrato strettezze tali che non so veder modo di promovergli alcun aiuto se non col pregar V.ra Signoria Ill.ma di prender occasione di rappresen[149v]tare a questi Eminentissimi Signori lo stato miserabile del detto Padre, la povertà di quelle provincie, che non possono hoggi di somministrare elemosine a missionarii, come si suppone habbiano fatto per il passato, e sconvolgimenti di quei Principi, e le persecuzioni che sperimentano quei religiosi che, quando non vengano compatiti et aiutati, è impossibile possano sostentarsi in quelle missioni, senza le quali ne risultarebbe gran pregiudizio alla fede cattolica.

Io credo che simili e maggiori motivi possano addursi per muovere a compatimento questi Eminentissimi Signori, che non mancheranno alla singo-

⁹⁶⁸ Antonius Angelini de Campo, missionis in Moldavia Valachiaque praefectus, cfr notam 430, p. 159.

lare virtù di V.ra Signoria Ill.ma i modi di accertarsi se sianno tali le miserie di quelle parti per la sua vicinanza, quali si suppongono, per darne piena relatione, e col supplicarla di compatimento per l'incomodo che le porto, e darmene contrasegno con l'honore de' suoi comandi, le bacio riverentemente le mani.

^{a)} *In margine annotatur.*

N. 1363.

Card. Franciscus Buonvisi, nuntius apostolicus Vindobonae Opitio Pallavicini

Vindobonae, 15 VI 1682.

Turcarum res existimans minime illos contra imperatorem Polonosve arma anno praesente movere putat. Consiliis dein a Stephano Wierzbowski, epo Posnaniensi, allatis respiciens, non sponte illa, sed iussu alieno potius sumpta dicit nec quidquam sibi in re sine pontificis mandato faciendum censeat. Negotiationes denique, quae de Suetiae, Britanniae, Danimarcae Brandenburgiaeque instituta, summi Vindobonae potentissimorum interesse.

Min. autogr.: AS Lucca, Arch.Buonvisi II parte, filza 18 n. 128.
Copia: AV, Segr. Stato, Germania 205 f. 466r-v.

Vienna, 15 Giugno 1682.
A Mons. Nunzio di Polonia.

Ho attentamento considerato il lungo avviso di Costantinopoli, trasmessomi da V.ra Signoria Ill.ma⁹⁶⁹, e da esso si vede l'incertezza de' Turchi nelle loro risoluzioni, non essendo tale presentemente la loro potenza da farli sperare gl'acquisti senza gran difficoltà, perché da una parte considerano l'indignità della pace che conclusero con i Moscoviti e ne vorrebbero alterare le forme, al che i Moscoviti non consentiranno, e forse i Turchi haveranno gusto di romperla per godere delle buone congiunture che li porgono le male soddisfazioni dei Tartari Kalmucchi e di Cassan, perché se li riuscisse di rivoltarli, acquisterebbero regni interi e si accosterebbero da un'altra parte a i Persiani, e si faciliterebbero l'occupazione di tutti i Giorgiani, soggiogati ormai dal Persiano il quale, stando armato a i confini già da due anni in

⁹⁶⁹ Cfr N. 1329.

qua, fa conoscere la sua intenzione di muovere la guerra ogni volta che l'armi Ottomane si rivoltassero verso l'Europa. E queste considerazioni fanno minacciare l'Ungheria e la Polonia per cavarne vantaggi senza rompere, perché una volta che queste parti fossero attaccate, si sveglierebbero molti nemici che aspettano l'opportunità di risarcire le perdite già fatte, et ognuno opererebbe anche senza leghe precedenti.

Et in oltre, havendo risoluto di rimuovere l'Abaffi dal Principato di Transilvania per investirne il Tekeli⁹⁷⁰, si vede che apprendino [v] la difficoltà di eseguirlo se non haveranno pace con l'Imperatore et anche con la Polonia, perché per vile che sia l'Abaffi, se sperasse da una delle parti di essere appoggiato, resisterebbe e sconcerterebbe i loro disegni.

Bisogna dunque che ognuno stia riguardato senza alterirsi, perché al certo non ardiranno d'intraprendere cose grandi, sapendo che ormai è tanto stabilita la buona corrispondenza fra l'Imperatore et il Re di Polonia che facilmente si potrebbe concludere la lega, e di qua si mandano grossi corpi in Ungheria, et il Tekeli non verrà mai all'estremità con l'Imperatore per non disturbare le sue pretese e per non privarsi di quest'appoggio in caso di simil disgrazia a quella che sovrasta all'Abaffi, e però con gran artificio mantiene qua le corrispondenze⁹⁷¹.

(a-Circa (b-le proposizioni^b) di quel Prelato⁹⁷², io non dubito [che]^c) l'havesse fatte di concerto, mentre col mezzo di quel Ministro⁹⁷³ mi fu mandata la sua prima lettera e istesso ha inviata la mia risposta, dalla quale non caverà alcuna sostanza, e l'argomento che egli [...]^c) su la mia tardanza non stringe, perché io [lo avverto]^c) non potersi far da me alcun motivo senza ordine espresso dal mio Padrone.

Nel resto circa l'Imperatore, passano le cose in negoziati e se si verificherebbe che la Svezia habbia fatto lega con l'Inghilterra, la Danimarca e Brandeburgo, bisognerà che vadino molto ben riguardati di non muoversi, e forse si faciliterà la composizione delli [...]^c).

[r] Si accerti in tanto V.ra Signoria Ill.ma della mia ossequiosa premura nel servirla, mentre resto.^{a)}

a-a) *Deest in copia.*

b-b) *Supra deletum: il negoziato adscriptum.*

c) *Illegibile.*

⁹⁷⁰ Michaelem tunc Apafy a Turcis depositum iri Emericumque Thökoly ad ducatum Transilvanum successurum dicebatur.

⁹⁷¹ Contra hanc opinionem Emericus Thökoly die 24 VI 1681 armistitium rupit et ad arma contra exercitum imperatoris in Hungaria recurrit.

⁹⁷² Quae a Stephano Wierzbowski, epo Posnaniensi cardinali Francisco Buonvisi proposita, cfr N. 1329.

⁹⁷³ Ioannes Gniński, Regni vicecancellarius.

N. 1364.**Opitius Pallavicini****Bonaventurae Madaliński, epo Vladislaviensi**

Varsaviae, 16 VI 1682.

Comittit ei ut cum Stanislao Zernicki Barbaraque Kolczynska super cognationis spirituali impedimento dispenset.

Reg.: AV, Arch.Nunz.Varsavia 177 f. 107r-v.

Die 16 [Iunii 1682]. Commissio dispensandi super impedimento cognationis spiritualis cum Stanislao Zernicki et Barbara Kolczynska, dioecesis Vladislaviensis, ex eo proveniente, quod dictus Stanislaus filium praedictae Barbarae ex sacro fonte susceperit, directa ad Ill.mum et Rev.mum D.num Episcopum Vladislaviensem et Pomeraniae⁹⁷⁴ seu ipsius Rev.mum D.num Vicarium in spiritualibus et Officiale[m] Ge[107v]neralem, cum causa quod dicta Barbara in loco seu pagulo sui domicilii, qui trecentas familias non continet, alium virum paris conditionis praeter dictum Stanislaum invenire, cui nubere possit, nequeat etc.

N. 1365.**Opitius Pallavicini****Ioanni Tawalski, dioecesis Posnaniensis**

Varsaviae, 16 VI 1682.

Concedit ei dispensationem ad omnes sacros ordines, ob necessitatem ecclesiae Borcensis in Zdziesz⁹⁷⁵.

Summarium in cancellaria confectum: AV, Arch.Nunz.Varsavia 177 f. 107v.

⁹⁷⁴ Bonaventura de Niedzielsko Madaliński (circa 1620-1691), epus Plocensis a. 1674-1681, Vladislaviensis a 11 VI 1681; Balthasar Alexander Gissa, officialis Vladislaviensis.

⁹⁷⁵ Borek Wielkopolski, Maioris Poloniae oppidum ad Srem austrum situm. Ecclesia Zdzieszensis (Borek oppidi in suburbe locata) praepositura anno 1623 facta Matris Dei a Consolatione Philipique Neraei titulo utebatur; cfr Nowacki II, p. 637.

N. 1366.

Opitius Pallavicini
card. Aldrano Cybo

Varsaviae, 17 VI 1682.

Allatum sibi esse confirmat fasciculum 23 V 1682⁹⁷⁶ datum, unam tantum epistolam continens.

Or.: AV, Segr.Stato, Polonia 100 f. 197r.

N. 1367.

"Avviso"
ab Opitio Pallavicini
ad Secretariam Status transmissum

Varsaviae, 17 VI 1682.

Moscovia novas de potentium discontentu, qui ducis magni nuptiis causatus, de Artamone Matveev in patriam revocato ac de tumultu in oppido exorto allatas esse nuntiat. Iavoroviam interim Emerici Thököly legatum venisse dicit, qui tamen Ioannem III regem maxime Emerico propter huius erga imperatorem gesta iratum reperit, unde et petitum, ne diutius cum Polonis tractaret. De Demetrio Georgio Wiśniowiecki mortuo novas denique nondum confirmatas significat.

Or.: AV, Segr.Stato, Polonia 100 f. 198r-199v.

Varsavia, 17 Giugno 1682. Foglio a parte.

Ragguagliano di Mosca come appariva colà qualche principio di torbidi, mostrandosi la nobiltà infensa al Gran Duca, quale havendo sposato ultimamente una donna di nascita ordinaria⁹⁷⁷, haveva contristato tutto l'ordine de' nobili, parendo per il presente e passato matrimonio che non facesse conto di loro, assumendo le mogli d'altra conditione.

⁹⁷⁶ Cfr N. 1304.

⁹⁷⁷ Agatha Grušecka ducissa Iulio 1681 mortua Martham (Marfa) Matveevnam Apraxinam Theodorus Alexeevič duxit uxorem. Neutra tamen uxor potentiori quadam Moscovitarum genti est orta.

Haveva il Czar ordinato che si approssimassero a quella capitale 40 mila huomini de' suoi esserciti, e faceva far delle nuove leve, e sebene il pretesto era per voler fare certe conquiste nella Tartaria, il fine vero non pareva altro che di volersi assicurare da ogni intrapresa contro la sua persona. Era giunto in Mosca l'Artamone⁹⁷⁸, che è l'huomo più habile et intendente del governo che sii ne' suoi stati, del consiglio del quale pensava valersi [198v] in queste emergenze e scabrosità.

E' comparso in Javorovia un Unghero nobile di nascita, inviato dal Techelii al Re⁹⁷⁹. Il soggetto della sua venuta è stato per sincerare il Techelii per qualche rapina fatta dalle sue genti di alcune robbe del Maresciallo di Corte⁹⁸⁰. L'ha scusato per l'impossibilità di provvedere a questi disordini, sendo la gente indisciplinata e mal pagata. Ha offerto in nome dello stesso di gastigare i delinquenti et ha fatto istanza che si nominino.

Il Re entrò con questo sull'affari correnti e le parlò con senso, vivamente biasimando che il Techelii invece di rimettersi nella buona gratia di Cesare, continuasse nella sua contumacia e l'irritasse sempre più, persistendo et avanzandosi nella disobediencia.

Molte cose le rispose il Gentilhuomo, solite a dirsi da quei Rebelli. Non [199r] trattarsi con loro sinceramente, né altro studiarsi che di perderli. La loro salute esser solo nell'armi, operare hormai per desperatione.

Il Re replicò fortemente e poscia le disse che dovesse andarsene, né trattenersi più colà. Aggiunse anco che le spiacevano le communicationi quali teneva il Techelii nel suo Regno e che le saria piaciuto che cessassero.

Così si partì il Gentilhuomo da Javorovia, et essendosi prima visto, come dicano, con Monsieur Laverne⁹⁸¹, se n'andò poscia a Leopoli per fare varie provisioni per i novelli sposi, cioè per il Techelii e la Principessa Ragozzi, e credesi che affretterà il suo ritorno in Ungheria.

Anco adesso si dubita della morte del Gran Generale del Regno⁹⁸², che è certo esser stato [199v] all'estremi, et il dubio hora è più per il contrario. Diceva hoggi il Gran Tesoriere che bisogna attendere quello che ne porterà la posta della Corte, dalla quale solo può haversi qualche cosa sicura, sendo i pareri così divisi e contrarii.

⁹⁷⁸ Artamon Sergeevič Matveev Maio tantum 1682 ineunte Moscoviam revertit; cfr notam 944, p. 354.

⁹⁷⁹ Hoc munere Emerici Thököly secretarius, Fajgel, utebatur; cfr Történelmi Tar 1887, p. 758; Waliszewski III, p. 221; Hudita, p. 391.

⁹⁸⁰ Nicolaus Hieronymus Sieniawski (1645 – XII 1683), aulae marescalcus 1676 – II 1683, Regni dein campiductor; cfr *Urzednicy centralni...*, p. 88.

⁹⁸¹ Niemirowiae tunc du Vernay morabatur, unde litteris 5. VI 1682 datis regi Ludovico de colloquio cum Fajgel habito nuntiavit, quo in colloquio de Emerici Tököly cum Ibrahim bassa Budae conventu disputatum; cfr Rubinstein, p. 60.

⁹⁸² Demetrius Georgius Wisniowiecki.

Opitius Pallavicini
card. Francisco Buonvisi, nuntio apostolico Vindobonae

Varsaviae, 17 VI 1682.

Litteras eius 8 VI 1682 datas, quibus de imperatoris secundogenito certior factus, allatas sibi esse nuntiat. Regem dein gratias ei pro Piccinardi Vindobona fugato exprimere confirmat de rumoribus, qui de Wiśniowiecki Regni campiductore mortuo ac de tumultibus Moscoviae exortis nonnimis certae currunt, disserens.

Or.: AS Lucca, Arch.Buonvisi II parte, filza 51 n. 101.

Eminentissimo e Rev.mo Signor etc.

Ricevo la lettera de' V.ra Eminenza degl'8 corrente⁹⁸³ e con essa la pretiosissima nuova della nascita del secondo Arciduchino⁹⁸⁴. E' giunta veramente a tempo per far cambiar de' disegni, per i quali non faceva il deporre l'armi. Se ne doveria vedere qualche buon effetto ne' trattati, ma Dio sa che sarà per la gran prosperità, sperimentata per tanto tempo, felicitate corumpimur.

Sua Maestà m'impone di ringratiar V.ra Eminenza particolarmente per quello che ha operato per fare allontanare il Piccinardi. Grand'honore si fa a quest'huomo, reputato oggetto degno d'un tal sentimento d'un Re. Io adempisco la volontà regia.

Anco adesso si dubita della morte del Gran Generale del Regno⁹⁸⁵, che è certo essere stato all'estremi, et il dubio hora è più per il contrario. Diceva hoggi il Gran Tesoriere⁹⁸⁶ che bisogna [v] attendere quello che ne porterà la posta della Corte, dalla quale solo può haversi qualche cosa sicura, sendo i pareri così divisi e contrarii.

In Moscovia vi sono de' moti e si crede che cresceranno. Il Czar colla nobiltà è quasi^{a)} alle rotte. Ha fatto venire da Astracan Artamone⁹⁸⁷, che è gran testa fra quelle non grandi, e credesi che haverà il maneggio principale degl'affari. Intanto si avvicinano a Mosca 40 mila soldati, e si fan delle le-

⁹⁸³ Cfr N. 1341. His tamen litteris nec ulla de imperatoris filio altero fit mentio, unde concludi possit avviso iuxta litteras misso huiusmodi novas esse contentas. Avviso tamen non inveni.

⁹⁸⁴ Leopoldus Iosephus, Leopoldi I Eleonoraeque Magdalanae von Neuburg filius iunior 2 VI 1682 natus, 3 IV 1684 obiit; cfr Wurzbach VI, p. 418.

⁹⁸⁵ Demetrius Georgius Wiśniowiecki.

⁹⁸⁶ Ioannes Andreas Morsztyn.

⁹⁸⁷ Artamon Sergeevič Matveev.

vate. Con che resto facendo all'Eminenza V.ra profondissima riverenza. Varsavia, 17 Giugno 1682.

Di V.ra Eminenza

(b-humilissimo etc.
Opizio Arcivescovo d'Efeso^{b)})

a) *Nuntii manu superscriptum.*

b-b) *Autographum.*

N. 1369.

Opitius Pallavicini

**Vencesalo Kosminski, Ioanni Kozimirski, Paulo Poradowski,
Ioanni Waczynski, dioecesis Cracoviensis**

Varsaviae, 17 VI 1682.

*Venceslao Kosminski dispensatio extra tempora ad omnes sacros ordines concedit, ob necessitatem ecclesiae Golembiensis*⁹⁸⁸.

*Ad presbyteratum dispensationem Ioanni Kozimirski, ob necessitatem ecclesiae in Gdow*⁹⁸⁹. *Paulo autem Poradowski ob necessitatem ecclesiae collegiatae Vislicensis*⁹⁹⁰.

*Dispensationem denique ad diaconatum et presbyteratum Ioanni Waczynski, ob necessitatem ecclesiae sancti Iacobi Casimiriae*⁹⁹¹ *prope Cracovia.*

Summarium in cancellaria confectum: AV, Arch.Nunz.Varsavia 177 f. 107v.

⁹⁸⁸ Gołąb, pagus inter Casimiriam ad Vistulam Stensyciamque situm.

⁹⁸⁹ Gdów, pagus ad Raba flumen, quod a dextera Vistulam affluet, Vieliciae ad australem situm orientem.

⁹⁹⁰ Vislica (Wiślica), tunc oppidum, nunc pagus ad sinistram Nidae fluminis ripam situs, ad septentrionem et orientem a Cracovia iacens. Collegiata illic, saeculo XII medio erigata S.mae Trinitatis et BMV primum titulo, dein autem BMV tantum nomine utebatur; cfr Wiśniowski, *Rozwój sieci parafialnej...*, p. 56, 153.

⁹⁹¹ Ecclesia sancti Iacobi, hodie non existens, a. primum 1313 parochiae loco indicata; cfr Wyrozumski, *Dzieje Krakowa*, p. 137-138.

N. 1370.

Opitius Pallavicini
Thomae Francisco Lentowski, Ord. Canonicorum Regularium
Lateranensium

Varsaviae, 18 VI 1682.

Dispensationem ei ad omnes sacros ordines concedit, ob necessitatem ecclesiae praeposituralis Krasnensis Ordinis praedicti Canonicorum Lateranensium.

Summarium in cancellaria confectum: AV, Arch.Nunz.Varsavia 177 f. 107v.

N. 1371.

Card. Alderanus Cybo
Opitio Pallavicini

Romae, 20 VI 1682.

Allatum sibi esse fasciculum 20 V 1682⁹⁹² datum, nuntii autem gesta, velut semper, magnopere pontifici placuisse dicit.

Reg.: AV, Segr.Stato, Polonia 185 f. 32r.

N. 1372.

Card. Alderanus Cybo
Opitio Pallavicini

Romae, 20 VI 1682.

Litteris a Catharina ducissa Radziwiłł sibi allatis, quibus, ut debiti solutio deferretur, rogatum, responsum suum ei mandat petitque, ut de termino a ducissa postulato referat.

Reg.: AV, Segr.Stato, Polonia 185 f. 32r-v.

⁹⁹² Cfr N. 1298-1299.

Al medesimo.

[32v] L'annessa lettera per la Sig.a Duchessa Radzivil⁹⁹³, ch'io trasmetto aperta a V.ra Signoria Ill.ma, è remissiva alla viva voce di lei, poiché havendo fatta istanza la medesima Signora per alcuna dilazione di tempo al pagamento del denaro, ch'ella è tenuta di dare per rimborso di quello di cui fu accomodato qui il Sig. Duca, suo consorte di buona memoria, sarà bene che V.ra Signoria Ill.ma vegga d'intendere e di ritrar insieme qual dilazione vorrebbe la Sig.a Duchessa, ond'io possa tanto più agevolmente procurarla dalla Sua Santità. E le auguro dal Signor Dio vero bene. Roma, 20 Giugno 1682.

N. 1373.

Opitius Pallavicini
Melchioro Wysocki OP, subpriori conventus Vilmensis

Varsaviae, 20 VI 1682.

Concedit ei facultatem absolvendi ab haeresi.

Summarium in cancellaria confectum: AV, Arch.Nunz.Varsavia 177 f. 107v.

N. 1374.

Card. Franciscus Buonvisi, nuntius apostolicus Vindobonae
Opitio Pallavicini

Vindobonae, 22 VI 1682.

De novis Regno nuperrime allatis ac de Turcarum exercitu ad Budam, Arabonam Komarnamque congregato disserit. Emericum dein Thököly Michaelemque Apafy ad Ibrahim bassam convocatos esse dici, etsi omnes Transilvania potius ducem mansurum credant. Sueticis dein Britanniae conciliaturis nonnulla a Gallicis concedi posse existimat. Graeae dein marchionis epistulam iuxta mittit.

Min. autogr.: AS Lucca, Arch.Buonvisi II parte, filza 18 n. 134.

⁹⁹³ Catharina de domo Sobieska Radziwiłł, Michaelis Casimiri ducis vidua, cfr N. 1357 et notam 958, p. 358.

Vienna, 22 Giugno 1682.
A Mons. Nunzio di Polonia.

